Cap. III, 1. Et dixit ad me : Fili hominis, ※ quodcumque inveneris, ede ⁚, comede capitulum hoc, et vade, et loquere ad filios Israelis. 2. Et aperit os meum, et edere fecit me capitulum hoc. 3. Et dixit ad me : Fili hominis, os tuum edet, et venter tuus implebitur capitulo hoc dato in te. Et edi illud, et factum est in ore meo, sicut mel dulce. 4. Et dixit ad me : Fili hominis, vade, ingredere ad domum Israelis, et loquere verba mea ad eos. 5. Quoniam non ad populum profundum labio et gravem lingua tu mitteris ad domum Israelis : 6. neque ad populos multos alienos vocibus, aut alienos lingua, neque qui sunt obfirmati lingua, quorum ne audias sermones eorum : et si ad tales mitterem te, hi obedirent tibi. 7. Domus autem Israelis non volent exaudire te, quia non volunt exaudire me ; quia omnis domus Israelis litigiosi sunt, et duri corde. 8. Et ecce dedi faciem tuam potentem contra facies eorum, et contentionem tuam corroborabo adversus contentionem eorum, 9. et erit, semper duriorem petra ※ dedi (*u*) frontem tuam ⁚ : ne timeas eos, neque paveas a facie eorum, quia domus irritans est. 10. Et dixit ad me : Fili hominis, omnes sermones, quos locutus sum tecum, assume in cor

A tuum, et auribus tuis audi : 11. et vade, ingredere in captivitatem ad filios populi tui, et loqueris ad eos, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Dominus : si forte audiant, si forte concedant. 12. Et assumsit me spiritus, et audivi a tergo meo vocem commotionis magnæ, dicentium : Benedicta gloria Domini de loco suo. 13. Et vidi (*x*) vocem alarum animalium volantium una ad alteram, et vox rotarum coram eis, et vox commotionis ※ magnæ ⁚. 14. Et spiritus elevavit me, et sustulit me, et abii sublimis aere in impetu spiritus mei, (*y*) et manus Domini facta est super me potens. 15. Et ingressus sum in captivitatem sublimis aere, et circuivi habitantes super fluvium Chobar, eos qui erant ibi : B et sedi ibi septem dies, (*z*) conversans in medio eorum. 16. Et factum est post hos septem dies ※ et factum est ⁚ verbum Domini ad me, dicens : 17. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israelis, et audies ex ore meo verbum, (*a*) et comminaberis eis a me, 18. cum dixero iniquo : Morte morieris : et non distinxisti, neque locutus es ad distinguendum iniquo, ut revertatur a viis suis, ut vivat : iniquus ille (*b*) in injustitia sua morietur, et sanguinem ejus de manu tua requiram. 19. Et tu, si distinxeris iniquo, nec reversus fuerit ab iniquitate sua, et a via sua, iniquus ille in injustitia sua morietur, et tu animam tuam liberabis. 20. Et cum se averterit justus a justitiis suis, et fecerit delictum, etiam dabo tormenta in faciem ejus : ipse morietur, C quia non distinxisti ei : et in peccatis suis morietur, quia non commemorabuntur ei justitiæ ejus, quas fecit, et sanguinem ejus de manu tua requiram. 21. (*c*) Tu autem si distinxeris justo, ut ne peccet, et ipse non peccaverit, justus vita vivet, quia distinxisti ei, et tu animam tuam liberabis. 22. Et facta est super me ※ ibi ⁚ manus Domini, et dixit ad me ; Surge, et egredere in campum, et ibi allocutio fiet ad te. 23. Et surrexi, et egressus sum in campum : et ecce ibi gloria Domini stabat, sicut ÷ adspectus, et sicut ⁚ gloria, quam vidi super fluvium Chobar. Et cado super faciem meam, 24. et venit super me spiritus, et statuit me super pedes meos, et locutus est ad me, et dixit mihi : Ingredere, et includere in medio domus tuæ. 25. Et D tu, fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et vincient te in eis, et non egredieris de medio eorum. 26. Et linguam tuam simul ligabo ※ ad guttur tuum ⁚, et obmutesces, et non eris eis in virum objurgantem ; quia domus irritans est. 27. Et cum locutus fuero ad te, aperiam os tuum, et dices ad eos : Hæc dicit (*d*) Adonai Dominus : Qui audit, audiat, et qui rebellis est, rebellet ; quia domus irritans est.

Cap. IV. — 1. Et tu, fili hominis, sume tibi la-

(*o*) quod loquar ad te. Et ingressus est in medium mei spiritus. (*p*) Dominus. (*q*) si quemadmodum audiverint, acquieverint. (*r*) S., impudentes enim sunt, et sine spe ad te. (*s*) S., scriptoria tabula rotunda. (*t*) S., planctus. (*u*) contentionem. (*x*) S., pulsationem simul (i. e. *complosionem*) alarum. (*y*) S., manus enim Domini erat super me. (*z*) S., *Th.*, habitans ego. (*a*) S., et prævenies monebis eos a me. (*b*) in iniquitate. (*c*) S., *Th.*, si vero præveneris monueris justum, ut ne peccet. (*d*) Dominus.

terem, et pones eum ante faciem tuam, et describes super eo urbem Jerusalem : 2. et dabis super eam (*e*) inclusionem, et ædificabis super eam (*f*) propugnacula, et jacies super eam fossam, et dabis super eam castra, et ordinabis stationes et balistas in gyro. 3. Et tu sume tibi sartaginem ferri, et ponas eam parietem ferri inter te et inter urbem, (*g*) et parabis faciem tuam super eam, (*h*) et erit in conclusione, et concludes eam : signum est hoc filiis Israelis. 4. Et tu cubabis super latus tuum sinistrum, et pones injustitias domus Israelis super eo, juxta numerum dierum ÷ nonaginta et centum ⁚, quos cubabis super eo, et assumes injustitias eorum. 5. Et ego dedi tibi duas injustitias eorum in numerum dierum, et centum dies, et assumes injustitias domus Israelis. 6. Et consummabis hæc ÷ omnia ⁚, et cubabis super latus tuum dextrum ※ secundo ⁚, et assumes injustitias domus Judæ quadraginta dies : diem in annum posui tibi. 7. Et in conclusionem Jerusalem (*i*) parabis faciem tuam, et brachium tuum corroborabis, et prophetabis super eam. 8. Et ego ecce dedi super te vincula, et ne convertas te de latere tuo in latus tuum, donec completi fuerint dies conclusionis tuæ. 9. Et tu sume tibi triticum, et hordeum, et fabas, et lentes, et milium, et speltam, et mittes ea in vas unum ÷ testaceum ⁚ : et facies ea tibi in panes, et juxta numerum dierum, quos tu dormis super latere tuo, nonaginta et centum dies comedes ea. 10. Et cibus tuus, quem comedes, in pondere viginti siclos die : a tempore usque ad tempus comedes ea. — 11. Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin a tempore usque ad tempus bibes. 12. Et (*k*) panem subcineritium hordei comedes ea : in fimo stercoris humani abscondes ea ante oculos eorum, 13. et dices : Hæc dicit Dominus ÷ Deus Israelis ⁚ : Sic comedent filii Israelis ※ panem ⁚ suum non mundum (*l*) in gentibus, quo dispergam eos illuc. 14. Et dixi : Nequaquam, Domine Deus Israelis : si anima mea non polluta ÷ in immunditia ⁚, et morticinium, et captum a feris non comedi a nativitate mea usque nunc, neque ingressus est in os meum ÷ omnis ⁚ caro immunda. 15. Et dixit ad me : Ecce dedi tibi ※ τὰ ⁚ stercora boum pro stercoribus humanis, et facies panes tuos super eis. 16. Et dixit ad me : Fili hominis, ecce ego confringo fulcimentum panis in Jerusalem, et comedent panem etiam in pondere, et in penuria : et aquam in mensura, et (*m*) in exitio bibent, 17. ut egeni fiant panis, et aquæ : et corrumpetur homo, et frater ejus, et liquescent in injustitiis suis.

Cap. V. — Et tu, fili hominis, sume tibi gladium acutum plus quam novacula tonsoris, et posside eum tibi, et inducas eum super caput tuum, et super barbam tuam : et sumes ※ tibi ⁚ stateram ponderum, et divides ea : 2. quartam partem in igne (*n*) dissipabis in medio urbis, (*o*) juxta completionem dierum conclusionis : et sumes quartam partem, ÷ et combures eam in medio ejus : et quartam partem ⁚ concides in gladio circum eam : et quartam partem disperges vento : et gladium evacuabo post eos. 3. Et sumes inde paucos in numero, et simul involves eos indumento tuo. 4. Et ex his sumes adhuc, et projicies ea in medium ignis, et combures ea in igne : ex ea egredietur ignis : ÷ et dices ⁚ omni domui Israelis : 5. Hæc dicit Adonai Dominus : Hæc Jerusalem, (*p*) in medio gentium posui eam, et regiones quæ circa eam. 6. (*q*) Et dices (*) jura mea (ipsi) inique ex gentibus, et legitima mea ex regionibus, quæ circa eam ; quia jura mea repulerunt, et in legibus meis non ambularunt in eis. 7. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod (*r*) occasio vestra ex gentibus, quæ in circuitu vestro, et in legitimis meis non ambulastis, et justificationes meas non fecistis, sed neque juxta justificationes gentium, quæ in circuitu vestro, fecistis : 8. propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego super vos, et ego faciam in medio tui judicia coram gentibus, 9. et faciam in te, quæ non feci, et quæ non faciam similia eis amplius juxta omnes abominationes tuas. 10. Propter hoc patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres : et faciam in te judicia, et dispergam omnes residuos tuos in omnem ventum. 11. Propter hoc vivo ego, dicit Adonai Dominus, nisi pro eo quod Sancta mea contaminasti in omnibus ※ (*s*) abominationibus tuis, et in omnibus ⁚ inquinamentis tuis, etiam ego (*t*) expellam te : non parcet oculus meus, et ego non miserebor. 12. Quarta pars tui in morte consumetur : ÷ et quarta pars tui ⁚ in fame conficietur in medio tui : ※ et quarta pars tui in gladio cadet circa te ⁚ : et quartam partem tui in omnem ventum dispergam eos : et gladium evacuabo post eos. 13. Et complebitur furor meus, et ira mea super eos, ※ et consolabor (**) ⁚, et cognosces, quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum implevero iram meam in eis. 14. Et ponam te in desertum, et in opprobrium, ※ in gentibus, quæ circa te ⁚, et

(*e*) S., ambitum belli (i. e. *obsidionem*). (*f*) S., munimentum muri. (*g*) S., et convertes (*h*) S., ut sit conclusa. (*i*) S., ordinabis faciem tuam, et brachium tuum nudum. (*k*) S., complementum (*l*) S., a contactu gentium. (*m*) S., cum violentia, ut, cum egeni sunt panis et aquæ, confractio eis. (*n*) combures. (*o*) S., cum completi fuerint dies. (*p*) S., erat in medio gentium. (*q*) S., mutarunt vero pro judiciis meis impietates, quas a gentibus. (*) Pro ותמר, *et mutarit*, legerunt LXX ותאמר, *et dices*. Qua lectio absurda, sicut et ea quæ sequuntur. Sensus enim Hebr. veritatis est : et mutavit (Jerusalem) judicia mea in impietatem præ gentibus. Drach. (*r*) S., multitudo vestra fuit. (*s*) S., pollutis tuis. (**) Passive, a verbo *consolo* (cf. Forcellini lexicon). Ita reposuimus ut respondeat Syro ואתביא et Græco Tetraplorum, ※ καὶ παρακληθήσομαι. Drach.

filias tuas circa te coram omni viatore. 15. Et eris gemebunda, ※ et manifesta (*) in disciplina (*u*) et destructio ⁚ in gentibus, quæ circa te, cum fecero in te judicia ※ in ira mea, et in furore ⁚ et in ultione furoris: ego Dominus locutus sum. 16. Quando misero sagittas ※ malas ⁚ famis super eos, et erunt in defectionem, ※ quas mittam eas, ad disperdendum vos : et famem congregabo ⁚ super vos, et conteram fulcimentum panis tui. 17. Et emittam super te (*x*) famem, et bestias malas, (*y*) et ponam in caput tuum (**), et mors et sanguis transibunt super te, et gladium inducam super te undique : ego Dominus locutus sum.

Cap. VI.— 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, pone faciem tuam super montes Israelis, et propheta super eos, 3. et dices : Montes Israelis, audite verbum Adonai Domini: hæc dicit Adonai Dominus montibus, et collibus, (*z*) et salebris, et vallibus : Ecce ego induco super vos gladium, et delebuntur excelsa vestra, 4. (*a*) et perdentur altaria vestra, ※ et conterentur ⁚ templa vestra, et dejiciam cadavera vestra coram idolis vestris. 5. ※ Et dabo cadavera filiorum Israelis ante faciem idolorum eorum ⁚, et dispergam ossa vestra circa altaria vestra. 6. In omni habitatione vestra urbes desertæ erunt, et excelsa abolebuntur, ut deleantur, ※ (*b*) et conculcabuntur (***) altaria vestra, et conterentur, et cessabunt ⁚ idola vestra, et tollentur delubra vestra, ※ et delebuntur opera vestra ⁚, 7. et cadent occisi in medio vestri, et cognoscetis, quod ego Dominus. 8. ※ Et residuum faciam ⁚, dum fuerint ex vobis evadentes a gladio in gentibus, et in dispersione vestra et in regionibus : 9. et recordabuntur mei, qui evaserint ex vobis in gentibus, quo captivi ducti fuerint illuc: quia juravi cordi eorum fornicanti, ※ ei, quod recessit ⁚ a me, et oculis eorum fornicantibus post studia sua : (*c*) et percutient facies suas, ※ propter mala, quæ fecerunt in omnibus ⁚ abominationibus suis ※ et in omnibus studiis suis ⁚. 10. Et cognoscent, quod ego Dominus ※ non frustra locutus sum, ut facerem eis omnia mala hæc ⁚. 11. Hæc dicit Adonai Dominus: Plaude manu, et obstrepe pedibus, (*d*) et dic : bene quidem, super omnibus abominationibus ※ malorum ⁚ domus Israelis : in gladio, et in fame, et in morte cadent. 12. Qui longe, in morte morietur, qui vero prope, in gladio cadet, ※ et qui relictus fuerit ⁚, (*e*) et qui conclusus, in

A fame consumetur : et complebo iram meam super eos. 13. Et scietis, quod ego Dominus, cum fuerint occisi vestri inter idola vestra circa altaria vestra : super omnem collem excelsum, ※ et super omnibus verticibus montium ⁚, et subter omnem arborem umbrosam, et subter omnem quercum densam, locum ubi dederunt ibi odorem suavem omnibus idolis suis. 14. Et extendam manum meam super eos, et ponam terram (*f*) in exitium, et in deletionem a deserto Deblatha ex omni habitatione eorum, et cognoscetis, quod ego Dominus.

Cap. VII. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Et tu, fili hominis, hæc dicit Adonai Dominus terræ Israelis : Finis venit, finis venit super quatuor alas terræ. 7. ÷ Venit finis ⁚ super te,
B qui habitas super terra : venit tempus, appropinquavit dies non cum præcipitationibus, (*g*) et non cum doloribus. 8. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, et complebo furorem meum in te, et judicabo te in viis tuis, et dabo super te omnes abominationes tuas. 9. Non parcet oculus meus, neque miserebor; quia vias tuas super te dabo, et abominationes tuæ in medio tui erunt, et cognosces, quod ego sum Dominus, qui percutio. 3. Nunc finis ad te, et mittam ego super et, et ulciscar te in viis tuis, et dabo super te omnes abominationes tuas. 4. Non parcet oculus meus (****) super te, neque miserebor; quia vias tuas super te dabo, et abominationes tuæ in medio tui erunt, et
C scies, quod ego Dominus. 5. Quia hæc dicit Dominus Dominus : ※ malitia una ecce (*h*) propinqua. 6. Finis venit, venit finis, evigilavit ad te ⁚. Ecce venit complexio : 10. ecce dies ÷ parit ⁚; ecce finis venit : ※ egressa est complexio, et floruit virga, et progerminavit superbia ⁚, evigilavit contumelia: 11. et conteret fulcrum iniqui, et non cum perturbatione, neque cum festinatione, ※ et non ex eis sunt, neque decor in eis ⁚. 12. Venit tempus, ecce dies : qui emit, non lætetur, et qui vendit, non lugeat: ※ quia ira in omnem multitudinem ejus ⁚. 13. Quia emens ad vendentem non amplius revertetur : ※ (*i*) et amplius in vita vivere eorum ; quia visio in omnem multitudinem ejus non redibit ⁚; et homo in oculo vitæ suæ non obtinebit. 14. (*k*)
D Clangite in tuba, et judicate omnia, ※ et non est proficiscens in bellum ; quia ira mea in omnem multitudinem ejus ⁚. 15. Bellum in gladio foris, et fames et mors intrinsecus : qui in campo, in gladio

(*t*) *S.*, confregi te. (*) Pro וידינתא, quod perperam edidit Norberg, et ex ingenio vertit, *miserabilis*, quia in LXX nostris vidit δηλαϊστή, reponendum est in Syriaco textu וידיעתא, *et manifesta.* Et reipsa Tetrapla habent, ※ καὶ δήλη. Drach. (*u*) *S.*, et ambiguitate. (*x*) *S.*, gladium. (**) I. e., et puniam te. Senes : καὶ τιμωρήσομαί σε. Drach. (*y*) *S.*, quæ reddent te sine liberis. (*z*) *S.*, et completis. *Th.*, rivulis. (*a*) *S.*, et confringentur. (*b*) *S.*, et abolebunt. (***) Verbum Syr. ונתבסין potius significat, *et contemnentur.* Tetrapla ※ καὶ πλημμελήσωσι. Drach. (*c*) *S.*, ut reprehendant semetipsos. (*d*) *S.*, et contristare. (*e*) *S.*, et qui subactus in urbe. (*f*) *S.*, corruptam, et iterum corrumpendam. (*g*) *S.*, et non cum recrastinatione. (****) Edidit Norberg, *oculus tuus*, adnotavitque : « דילי *meus*, pro דילך *tuus*, certe legendum. » Hebr., oculus meus. LXX nostri et Tetrapla, ὁ ὀφθαλμός μου. Drach. (*h*) *A.*, venit. (*i*) *S.*, sed et amplius nec in viventibus vita eorum. (*k*) *S.*, clanxerunt hi in tuba, quod præparaverint omnia.

conficietur, eos autem, qui in urbe, fames, et mors consumet. 16. (*l*) Et salvi evadent, (*m*) qui evaserint ex eis, et erunt super montibus, ※ sicut columbæ concreditæ ↙ : omnes occidam, unumquemque in injustitiis suis. 17. Omnes manus dissolventur, (*n*) et omnia femora polluentur humore : 18. et accingent se saccis, et operiet eos stupor; et super omnem faciem pudor super eos, et super omne caput calvitium. 19. Argentum eorum in plateis projicietur, et aurum eorum (*o*) contemnetur : ※ argentum eorum, et aurum eorum non valebit eripere eos in die iræ Domini ↙ : animæ eorum non saturabuntur, et ventres eorum non implebuntur; quia cruciatus injustitiarum eorum fuit. 20. Electa mundi in superbiam posuerunt ea, et imagines abominationum suarum res offendicula sua fecerunt ex eis : propter hoc dedi ea eis in immunditiem. 21. Et tradam ea in manus alienorum, ut diripiant ea, et corruptoribus terræ in prædam, et polluent ea. 22. Et avertam faciem meam ab eis, (*p*) et polluent visitationem meam, et ingredientur in ea (*q*) non provide, et contaminabunt ea. 23. (*r*) Et facient permixtionem; quia terra plena (*s*) judicii sanguinum, et urbs plena iniquitatis. 24. ※ Et adducam malos gentium, et hæreditabunt domos eorum ↙ : et avertam jactantiam (*t*) fortitudinis eorum, et polluentur Sancta eorum. 25. (*u*) Expiatio veniet, (*x*) et quæret pacem, et non erit. 26. Væ super væ erit, et nuntius super nuntium erit, et quæretur visio de propheta, et lex peribit a sacerdote, et consilium a senioribus. 27. ※ Rex lugebit ↙, et princeps induet (*y*) exitium, et manus populi terræ remittentur : secundum vias eorum faciam eis, (*z*) et in judiciis eorum ulciscar eos, et scient, quod ego Dominus.

Cap. VIII. — 1. Et factum est in anno sexto ÷ in mense quinto ↙ ; quinto mensis, ego sedebam in domo mea, et seniores Judæ sedebant coram me : et facta est super me ※ ibi ↙ manus Adonai Domini, 2. et vidi, et ecce similitudo, ※ quasi adspectus ↙ viri : a lumbo ejus et usque deorsum ignis, et a lumbo ejus et supra eum ※ quasi adspectus ↙ flatus lenis, quasi adspectus electri. 3. Et extendit similitudinem manus, et sustulit me ventus inter terram et inter cœlum, et adduxit me in Jerusalem in visione Dei ante vestibulum portæ interioris, respicientis ad aquilonem, (*a*) ubi erat statua ※ imaginis zeli ↙ possidentis. 4. Et ecce ibi erat gloria Domini Dei Israelis, secundum visionem, quam vidi in campo. 5. Et dixit ad me : Fili hominis, aperi inspice oculis tuis ad aquilonem : et aperui inspexi oculis meis ad aquilonem, et ecce ab aquilone ad portam, quæ versus orientem ※ (*b*) altaris imago zeli hujus, cum ingreditur ↙ (*c*). 6. Et dixit ad me : Fili hominis, ※ vidisti ↙, quid hi faciunt? iniquitates magnas, quas domus Israelis ↙ faciunt hic, ut se elongent a Sanctis meis, et adhuc videbis iniquitates majores. 7. Et introduxit me ad vestibulum atrii, ※ et vidi, et ecce foramen unum in pariete ↙. 8. Et dixit ad me : Fili hominis, fod ※ nunc in pariete ↙ : et fodi in pariete, et ecce ostium unum. 9. Et dixit ad me : Ingredere, et vide iniquitates ※ malas ↙, quas hi faciunt hic hodie. 10. Et ingressus sum, et vidi, et ecce ※ omnis similitudo reptilis et jumenti ↙, abominationes vanæ, et omnia idola domus Israelis descripta super pariete circumquaque. 11. Et septuaginta viri de senioribus domus Israelis, ※ et Jezonia filius Saphan stabat ↙ in medio eorum, et stabant (*d*) ante faciem eorum : et unusquisque thuribulum suum erat ei in manu, et vapor ※ nebulæ ↙ suffimenti ascendebat. 12. Et dixit ad me : Vidisti, fili hominis, quæ seniores domus Israelis faciunt ÷ hic ↙ ※ in tenebris ↙ unusquisque eorum in cubiculo abscondito suo; quia dixerunt : Non videt ※ nos ↙ Dominus, dereliquit Dominus terram. 13. Et dixit ad me : Adhuc ※ conversus ↙ videbis iniquitates majores, quas isti faciunt. 14. Et introduxit me ad vestibulum (*e*) portæ domus Domini, quæ respicit ad aquilonem : et ecce ibi mulieres sedentes, plangentes Thammuz. 15. Et dixit ad me : Vidisti, fili hominis, et adhuc ※ cum converteris ↙, videbis adinventiones majores his. 16. Et introduxit me in atrium interius domus Domini : et super vestibulis templi Domini (*f*) inter Ælam et inter altare, quasi viginti ※ et quinque ↙ viri, posteriora eorum ad templum Domini, et facies eorum (*g*) contra : et hi adorant ※ versus orientem ↙ solem. 17. Et dixit ad me : Vidisti, fili hominis : numquid parva domui (*h*) Judæ huic, ut facerent iniquitates, quas fecerunt hic? quia repleverunt terram iniquitatibus, ※ et conversi sunt ↙ ad irritandum me : (*i*) et ecce ipsi ※ extendunt palmitem ↙ quasi subsannantes. 18. Et ego faciam eis cum furore : non parcet oculus meus, neque miserebor : ※ et vocabunt in auribus meis voce magna, et non exaudiam eos ↙.

Cap. IX. — 1. Et clamavit in aures meas voce magna dicens : (*k*) Appropinquavit ultio urbis : et unusquisque erant ei vasa deletionis in manu sua. 2. Et ecce sex viri veniebant ex via portæ excelsæ, quæ respicit ad aquilonem, et uniuscujusque securis in manu sua : et vir unus in medio eorum, et

(*l*) S., et qui fugerint ex eis. (*m*) S., homines, qui fugerint ex eis. (*n*) S., et omnia genua fluent [Græce in cod. B. ῥεύσει ὕδατα. Drach.] aquæ. (*o*) S., unus siclus erit. (*p*) S., qui profanant arcanum (לחשׁיותא *arcanum* pro לבישׁיבותא legendum puto) meum. (*q*) S., dum irruperunt. (*r*) S., fecerunt paxillum. (*s*) Ex populis. (*t*) S., inverecundorum. (*u*) S., cum mæror venit. (*x*) Et quæres pacem. (*y*) S., mœrorem. (*z*) S., et in judiciis eorum judicabo eos. (*a*) S., eo, quo fixus erat typus zeli zelotypi. (*b*) S., ab ea quæ versus altare, typus zeli, hic in introitu. (*c*) Ejus, quæ respicit in orientem. (*d*) S., ante picturas. (*e*) S., in porta domus Domini. (*f*) S., inter vestibulum et altare. (*g*) S., ad orientem. (*h*) Israelis. (*i*) S., et sunt, quasi dimittentes sonum sicut cantum in naribus eorum. (*k*) S., appropinquarunt ad visitationem urbis, et unusquisque vas corruptionis erit, est ei in manu ejus.

indutus (*l*) podere, et zona saphiri super lumbo A nis subter alas eorum. 9. Et vidi, et ecce quatuor ejus : et ingressi sunt, et steterunt juxta ÷ altare ⁑ æris. 3. Et gloria Dei Israelis descendit de Cherubim, quæ erat super eis, in limen domus : et vocavit virum indutum podere, cui erat super lumbo ejus zona. 4. Et dixit Dominus ad eum : Transi ※ per mediam urbem mediam ⁑ Jerusalem, et da signum super frontes virorum gementium, et lamentantium super omnibus iniquitatibus, quæ fiunt in medio (*m*) eorum. 5. Et illis dixit, audiente me : Ite in urbem post eum, et percutite, ne parcatis oculis vestris, nec misereamini 6. senioris, et infantis, et virginis : et parvulos, et mulieres occidite in internecionem; omnibus vero, super quibus est signum, ne appropinquetis, et a sanctis meis incipite : et inceperunt a viris ※ senioribus ⁑, qui B erant intus in domo. 7. Et dixit ad eos : Contaminate domum, et implete vias mortuis exeuntes, et cædite ※ et percutite urbem ⁑. 8. Et factum est, dum percuterent, ※ relictus sum ego ⁑, et cado super faciem meam, et clamavi, et dixi : Væ mihi. Adonai Domine, delevisti tu residuos Israelis, effundens furorem tuum super Jerusalem? 9. Et dixit ad me : Injustitia domus Israelis et Judæ magnificata est valde valde; quia repleta est terra populis, et urbs repleta est injustitia et immunditia, quia dixerunt : Dereliquit Dominus terram, nec inspicit Dominus : 10. ÷ et ego sum superne ⁑, non parcet oculus meus, neque miserabor : vias eorum in capita eorum dedi. 11. Et ecce vir qui indutus erat C (*n*) podere, et accinctus lumbum suum zona, et respondit ※ verbum ⁑, dicens : Feci, sicut præcepisti mihi.

Cap. X. — 1. Et vidi, et ecce super firmamento, quod supra caput Cherubim, quasi lapis saphiri, ※ quasi visio ⁑ similitudo throni ※ apparuit ⁑ super eis. 2. Et dixit ad virum indutum stola ※, et ait ⁑ : Ingredere in medium rotarum, et subtus Cherubim, et imple pugnos tuos carbonibus ignis de medio Cherubim, et disperge super urbem : et ingressus est coram me, 3. et Cherubim stabant a dextera domus, cum ingrederetur vir : et nubes implevit atrium interius. 4. Et elevata est gloria Domini de Cherubim in limen domus, et implevit domum nubes : et atrium impletum est splendore gloriæ Domini. 5. Et vox alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius, quasi vox Dei Saddai loquentis. 6. Et factum est, cum præciperet viro induto stola sancta, dicens, Sume ignem de medio rotarum, de medio Cherubim; et ingressus est, et stetit a latere rotarum. 7. Et extendit Cherub manum suam ※ de medio Cherubim ⁑ in medium ignis existentis in medio Cherubim, et sumsit, et dedit in manus induti stola sancta : et accepit, et egressus est. 8. Et vidi Cherubim similitudinem manuum hominis subter alas eorum. 9. Et vidi, et ecce quatuor rotæ stabant a latere Cherubim : rota una a latere Cherub unius, ※ et rota una a latere Cherub unius ⁑ : et adspectus rotarum quasi adspectus lapidis (*o*) carbunculi. 10. Et adspectus earum similitudo una quatuor ipsis, quemadmodum cum fuerit rota in medio rotæ. 11. Cum irent, in quatuor partes suas ibant, non revertebantur, cum irent : (*p*) quia in locum quem respiciebat unum principium ※ post illud ⁑ ibant, et non convertebantur, cum irent. 12. ※ Et omnis caro eorum ⁑, et dorsa eorum, et manus eorum, et alæ eorum, et rotæ plenæ oculis per circuitum quatuor rotis eorum. 13. Rotis autem istis (*q*) invocatum est Gelgel, audiente me. 14. ※ Et quatuor facies uni : facies unius facies Cherub, et facies secundi facies hominis, et facies tertia leonis, et facies quarta aquilæ ⁑. 15. Et sustulerunt se Cherubim, hoc ipsum animal, quod vidi super fluvium Chobar. 16. Et cum irent Cherubim, ibant rotæ, et hæ propinquæ eis : et cum tollerent Cherubim alas suas, ut se elevarent a terra, non (*r*) revertebantur rotæ eorum, ※ etiam ipse ※ ab eis, quæ a latere eorum ⁑. 17. Cum starent, stabant, et cum se efferrent, se efferebant cum eis; quia spiritus vitæ in eis erat. 18. Et egressa est gloria Domini ※ a limine ⁑ domus, et ascendit super Cherubim. 19. Et sustulerunt Cherubim alas suas, et se elevarunt de terra coram me, dum egrediebantur quoque rotæ a latere eorum : et steterunt ante vestibulum portæ domus Domini, (*s*) quæ e regione, et gloria Dei Israelis erat super eis desuper. 20. Hoc animal est, quod videram subter Deum Israelis super fluvium Chobar, et cognovi, quod Cherub esset. 21. Quatuor facies uni et quatuor alæ uni : et similitudo manuum hominis sub alis eorum. 22. Et similitudo facierum eorum : hæ facies sunt, quas vidi ※ sub gloria Dei Israelis ⁑ super fluvium Chobar ※ adspectum eorum ⁑ : et hæc unumquodque e regione faciei suæ ibant.

Cap. XI, 1. Et assumpsit me spiritus et duxit me super portam domus Domini, quæ e regione mei, (*t*) respicientem in orientem : et ecce ante vestibulum portæ quasi viginti et quinque viri, et vidi in medio eorum Jazaniam filium Azur, et Phaltiam filium Banææ, qui sunt in principatu populi. 2. Et D dixit Dominus ad me : Fili hominis, hi viri, qui cogitant vana, et consulunt consilium malum in urbe ista, 3. qui dicunt : Nonne recenter ædificatæ sunt domus? Hæc est olla, nos autem carnes. 4. Propter hoc propheta super eos, propheta, fili hominis. 4. Et cecidit super me spiritus Domini, et dixit ad me : Dic : Hæc dicit Dominus : sic dixistis, domus Israelis, et cogitationes spiritus vestri ego (*u*) novi : 6. multiplicastis (*x*) mortuos vestros in urbe hac, et implevistis vias ejus occisis. 7. Propter

(*l*) S., linteum, cui erat tabula scriptoris. (*m*) ejus. (*n*) S., linteum, cui erat scriptoria tabula in lumbis ejus. (*o*) S., hyacinthi. *Hebr.*, *Th.*, chrysolithi. (*p*) S., in quemcumque enim locum inclinabat caput, in eum post id adhærebant. (*q*) S., invocatum fuit nomen volutationes. (*r*) S., remanebant. (*s*) S., *versus* orientem. (*t*) S., orientalem. (*u*) S., præveni, novi. (*x*) S., percussos a vobis.

hoc hæc dicit Adonai Dominus : Mortuos vestros, quos percussistis in medio ejus, hi sunt carnes, hæc autem est olla, et vos educam de medio ejus. 8. Gladium timetis, et gladium inducam super vos, ait (*y*) Dominus Dominus. 9. Et educam vos de medio ejus, et tradam vos in manus alienorum, et faciam in vobis judicia : 10. in gladio cadetis, super (*z*) montibus Israelis judicabo vos, et scietis, quod ego Dominus. 11. Hæc vobis non erit in ollam, et vos non eritis in medio ejus in carnes : super montibus Israelis judicabo vos. 12. Et cognoscetis, quod ego Dominus; ※ quia in justificationibus meis non ambulastis, et judicia mea non fecistis, et secundum judicia gentium, quæ circa vos, fecistis ↓. 13. Et factum est, cum prophetarem, et Phaltia filius Banææ mortuus est : et cecidi super faciem meam, et exclamavi voce magna, et dixi : Væ mihi, væ mihi, Adonai Domine, consummationem tu facis residuum Israelis? 14. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 15. Fili hominis, (*a*) hi fratres tui, fratres tui, et viri captivitatis tuæ, et omnis domus Israelis consummata est, quibus dixerunt eis habitatores Jerusalem : Longe abestis a Domino, nobis ※ nostra ↓ data est terra in hæreditatem. 16. Propter hoc dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Quod repellam eos in gentes, et dispergam eos in gentes (*b*), et dispergam eos in omnem terram, et ero eis in sanctuarium parvum in regionibus, quocumque fuerint ingressi illuc. 17. Propter hoc dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Et suscipiam eos de gentibus, et congregabo eos de regionibus, quibus dispersi eos in eis, et dabo eis terram Israelis : 18. et ingredientur illuc, et auferent omnes abominationes ejus, et omnes iniquitates ejus de ea. 19. Et dabo eis cor aliud, et spiritum novum dabo in eis, et extraham cor eorum lapideum ex carne eorum, et dabo eis cor carneum, 20. ut in præceptis meis ambulent, et justificationes meas custodiant, et faciant ea; et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, ÷ dicit Dominus ↓. 21. (*c*) Et secundum cor abominationum suarum et iniquitatum suarum, quo modo cor eorum ibat, vias eorum in capita eorum dedi, dicit Adonai Dominus. 22. Et sustulerunt Cherubim alas suas, et rotæ a latere eorum, et gloria Dei Israelis super iis supra eos. 23. Et ascendit gloria Domini de medio urbis, et stetit super monte, (*p*) qui erat e regione urbis. 24. Et spiritus sustulit me, et duxit me in terram Chaldæorum ad captivitatem in visione in spiritu Dei. Et ascendi a visione, quam vidi. 25. Et locutus sum ad captivitatem omnia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

A Cap. XII, 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, in medio (*e*) iniquitatum eorum tu habitas, quibus sunt oculi ad videndum, et non vident, et aures sunt eis ad audiendum, et non audiunt, quia domus irritans est. 3. Et tu, fili hominis, fac tibi vasa captivitatis, et captivare interdiu coram eis, et captivaberis de loco tuo in locum alium coram eis, ut videant, quod domus irritans est. 4. Et proferes vasa tua, vasa captivitatis, interdiu (*f*) ad oculos eorum, et tu egredieris vespere coram eis, ※ sicut egreditur captivus ↓. 5. Ad oculos eorum perfode tibi in parietem, et egredieris per eum. 6. Coram eis super humeris (*g*) portaberis, et absconditus egredieris : faciem tuam cooperies, et non videbis terram;

B quia portentum dedi te domui Israelis. 7. Et feci ita, juxta omnia, quæ præceperat mihi : et vasa protuli, quasi vasa captivitatis interdiu, et vespere perfodi mihi parietem manu mea, et absconditus egressus sum, super humeris (*h*) portatus sum coram eis. 8. Et factum est verbum Domini ad me mane, dicens : 9. Fili hominis, nonne dixi (*) tibi, domus Israelis, domus irritans est, quid tu facis? 10. Dic ad eos : Hæc dicit Dominus Dominus (*i*) principi et duci in Jerusalem, et omni domui Israelis, qui sunt in medio eorum, 11. dic, quod ego portenta facio ∞ in medio ↓ : quemadmodum feci, sic erit ei, in demigratione, et in captivitate ibunt, 12. et princeps, qui in medio eorum, super humeris portabitur, et absconditus egredietur per parietem, et perfodiet, ut egrediatur per eum : faciem

C suam cooperiet, ut ne videatur oculo, et ipse terram non videbit. 13. Et expandam rete meum super eum, et capietur in septo meo, et ducam eum in Babylonem, in terram Chaldæorum, et ipsam non videbit, et ibi morietur. 14. Et omnes, qui circa eum, auxiliatores ejus, (*k*) et omnes protegentes eum dispergam in omnem ventum, et gladium effundam post eos. 15. Et scient, quod ego Dominus, quando dispersero eos in gentibus, et dispersero eos in regionibus. 16. Et relinquam residuum ex eis viros in numero a gladio, et a fame, et a morte, ut sint narrantes omnes iniquitates eorum in gentibus, quo ingressi fuerint illuc, et scient, quod ego

D Dominus. 17. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 18. Fili hominis, panem tuum (*l*) cum penuria comedes, et aquam cum cruciatu angustiæ bibes. 19. Et dices ad populum terræ : Hæc dicit Adonai Dominus habitantibus in Jerusalem super terra Israelis : Panes suos (*m*) cum penuria comedent, et aquam suam (*n*) cum exitio bibent, (*o*) ut

(*y*) Adonai. (*z*) Finibus. (*a*) *A.*, propter fratres tuos, fratres tuos, viros propinquos genus tui et omnium domuum Israelis, omnes, quibus dixerunt habitatores Jerusalem. (*b*) Et dispergentur. (*c*) *S.*, quorum autem ad cogitationes profunditatum suarum et abominationum suarum cor eorum ivit, viam eorum in caput eorum posui. (*d*) *Th.*, qui ab oriente. (*e*) Domus irritantis. (*f*) Coram eis. (*g*) Assumes. (*h*) *S.*, gestavi. (*) Hic Norberg : « אמרו, *dixerunt*, pro אמרתי *dixi*, legendum videtur. » Textus Tetraplorum, εἶπον ambiguum est. Omnia alia exemplaria, εἶπαν. Hebr. et Vulg., dixerunt. Drach. (*i*) *S.*, propter principem onus hoc. (*k*) *S.*, et omnes alas ejus dispergam. *Th.*, fulera ejus. (*l*) Cum dolore. (*m*) *S.*, cum non ordine. (*n*) *S.*, cum mœrore. (*o*) *S.*, ut non ornata sit terra.

corrumpatur terra cum plenitudine ejus; in impietate enim omnes, qui habitant in ea. 20. Et urbes eorum, quæ habitantur, vastabuntur, et terra (*p*) in exitium erit, et cognoscetis, quod ego Dominus. 21. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 22. Fili hominis, quæ parabola hæc vobis super terra Israelis, dicentibus vobis: Longi dies, periit omnis visio? 23. Propter hoc dic ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: (*q*) Et avertam parabolam istam et non ultra dicent parabolam istam domus Israelis; quia loqueris ad eos, ∽ dicens ⁚: Appropinquarunt dies, et verbum omnis visionis. 24. Quia non erit ultra omnis visio falsa, (*r*) et divinans quæ pulchritudinis in medio filiorum Israelis. 25. Quia ego Dominus loquar, loquar verba mea, et faciam, et non prolongabo amplius; quia in diebus vestris domus ∽ Israelis ⁚ irritans; loquar verbum, et faciam, dicit Adonai Dominus. 26. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 27. Fili hominis, ecce domus Israelis irritans, dicendo dicunt: Visio, quam hic videt, in dies multos, et in tempora longa iste prophetat. 28. Propter hoc dic ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: Non prolongabuntur ultra omnia verba mea, quæcumque locutus fuero: loquar verbum, (*s*) et faciam, dicit Adonai Dominus.

Cap. XIII, 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, propheta super prophetas Israelis, qui prophetant, ※ et dices prophetis, qui prophetant de corde suo, et prophetabis, et dices ad eos ⁚: Audite verbum Domini. 3. Hæc dicit Adonai Dominus: Væ his qui prophetant de corde suo, ※ ambulantibus post spiritum suum ⁚, et omnino non vident. 4. Sicut vulpes in desertis prophetæ tui, Israel, ※ erant ⁚: 5. (*t*) non steterunt in firmitate: et congregarunt greges super domum Israelis: non resurrexerunt, qui dicunt in die Domini, 6. videntes mendacia, (*u*) divinantes vana qui dicunt: Dicit Dominus; et Dominus non misit eos, et cœperunt suscitare sermonem. 7. Nonne visionem falsorum vidistis, et divinationes vanas dixistis? ※ et dixistis: Dicit Dominus; et ego non locutus sum ⁚. 8. Propter hoc dic: Hæc dicit Adonai Dominus: Pro eo quod verba vestra mendacia, et divinationes vestræ vanæ, propter hoc ecce ego super vos, dicit Adonai Dominus, 9. et extendam manum meam super prophetas, qui vident mendacia, et qui cæsim loquuntur vana: in disciplina populi mei non erunt, ∽ et in scriptura domus Israelis ⁚ non scribentur, et in terram Israelis non ingredientur, et scient, quod ego sum

A Adonai Dominus. 10. Pro eo quod deceperunt populum meum, dicentes: Pax, et non erat pax: (*x*) et iste ædificat parietem, et isti linunt eum sine ratione, ∽ heus cadet ⁚. 11. Dic ad eos, qui linunt sine ratione: Cadet, et erit pluvia inundans, et dabo lapides prægrandes ÷ in juncturas eorum ⁚, cadent, et ventum auferentem, et disrumpetur. 12. Et ecce cecidit paries, (*y*) et non dicent ad vos: Ubi est litura vestra, quam linivistis? 13. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus: Etiam projiciam flatum auferentem cum furore meo, et pluvia inundans in ira mea erit, et lapides prægrandes in furore inducam in consummationem: 14. et evertam parietem, quem linivistis, ut cadat: et ponam eum super terram, et detegentur fundamenta ejus, et

B cadet, et consumetur cum reprehensionibus, et cognoscetis, quia ego Dominus. 15. Et complebo furorem meum super parietem, et super eos, qui linunt eum, et cadet. Et dixi ad vos: Non est paries, neque qui linunt eum. 16. (*z*) Prophetæ Israelis, qui prophetant super Jerusalem, et qui vident ei pacem, et pax non est, dicit Adonai Dominus. 17. Et tu, fili hominis, obfirma faciem tuam super filias populi tui, qui prophetant de corde suo, et propheta super eas, 18. et dices: Hæc dicit Adonai Dominus: Væ his, qui consuunt (*a*) cervicalia subter omnem cubitum manus, et faciunt velamina (*b*) super omne caput omnis staturæ, ad perturbandum animas: (*c*) animæ perturbatæ sunt

C populi mei, et animas liberabant. 19. Et profanabant me ad populum meum propter pugillum hordei, et propter fragmenta panis, ad occidendum animas, quas non oportuit mori, et ad liberandum animas, quas non oportuit vivere, cum cæsim loquimini populo audienti concisa verba vana. 20. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super cervicalia vestra, super quæ (*d*) perturbatis ibi animas: et discindam ea de brachiis vestris, (*e*) et emittam animas, quas vos evertitis animas eorum in dispersionem: et discindam velamina vestra, et liberabo populum meum e manu vestra, et non erunt ultra in manibus vestris in conturbationem: et cognoscetis, quod ego Dominus. 22. (*f*) Pro eo quod perturbabatis cor justi injuste, et ego

D non perturbabam eum, et ad corroborandum manus iniqui, ut omnino non se averteret ∽ ab injustitia sua, et ⁚ a via sua mala, et viveret; 23. propter hoc mendacia non videbitis, et divinationes non divinabitis amplius: et liberabo populum meum de manu vestra, et cognoscetis, quia ego Dominus.

Cap. XIV, 1. Et venerunt ad me viri de seniori-

(*p*) S., non ordinata erit. (*q*) S., etiam quiescere faciam. (*r*) S., et non divinatio lubricitatis. (*s*) S., et simul fiet. (*t*) S., non ascendistis in rupturas neque sepivistis sepem circa filios Israelis, pro eo quod starent, sicut in bello, in die Domini. (*u*) In divinatione. (*x*) S., et ipse quidem ædificabat parietem sicut firmum; illi autem liniebant eum non condito. (*y*) S., annon dicetur vobis: ubi litura quam linivistis? (*z*) S., sed prophetæ Israelis. (*a*) S., strata. (*b*) S., subter omnem cervicem. (*c*) S., animas venabantur populo meo; animas autem vobis dixistis (i. e. *studuistis*) liberare. (*d*) S., venamini animas, quasi volarent. (*e*) S., et dimittam. (*f*) S., ob id quod torquebatis.

bus Israelis, et sederunt coram facie mea. 2. Et A factum est verbum Domini ad me, dicens : 3. Fili hominis, viri isti posuerunt (*g*) cogitationes suas super corda sua, et ponere in capita (i. e. *attrahere pœnam*) injustitiarum suarum posuerunt (*h*) coram faciebus suis : si respondendo respondebo eis? 4. Propter hoc loquere eis, et dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Homo, homo de domo Israelis, qui posuerit cogitationes super cor suum, et tormentum injustitiæ suæ ordinaverit coram facie sua, et venerit ad prophetam, ⋇ ad interrogandum eum in me ⁚, ego Dominus (*i*) respondebo ei in his, in quibus tenetur mens ejus, 5. (*k*) ut (*l*) averteret domum Israelis secundum corda eorum, quæ abalienatæ sunt a me cogitationes eorum. B 6. Propter hoc dic ad domum Israelis : hæc dicit Dominus Dominus : convertimini, et recedite a studiis vestris, et ab omnibus impietatibus vestris, et convertite facies vestras ÷ ad me ⁚. 7. Quia homo, homo de domo Israelis, et de advenis, qui additi sunt in Israele, quicumque abalienatus fuerit a me, et posuerit cogitationes suas super cor suum, et ponere in caput (i. e. *attrahere pœnam*) justitiæ suæ ordinaverit coram facie sua, et venerit ad prophetam, ad interrogandum eum in me, (*m*) ego Dominus respondebo ei in eo quo tenetur in ipso. 8. Et obfirmabo faciem meam super hominem illum, (*n*) et ponam eum (*o*) in desertum, ÷ et in corruptionem ⁚, et tollam eum de medio populi mei, et cognoscetis, quod ego Dominus. 9. Et pro- C pheta si erraverit, et locutus fuerit ⋇ verbum ⁚, ego Dominus errare feci prophetam illum, et extendam manum meam super eum, et abolebo eum de medio populi mei Israel. 10. Et accipient injustitiam suam, secundum injustitiam interrogantis : (*p*) et secundum injustitiam similiter prophetæ erit, 11. ut ne erret ultra domus Israelis a me, et ut ne contaminentur adhuc in omnibus delictis suis : et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, dicit Adonai Dominus. 12. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 13. Fili hominis, terra si peccaverit mihi, (*q*) delinquendo delictum, et extendam manum meam super eam, et confringam fulcrum panis ejus, et immittam super eam famem, et tollam de ea hominem et jumentum. 14. Et si D fuerint isti tres viri in medio ejus, Noe, et Daniel, et Job, ipsi in justitia sua servabuntur, dicit Adonai Dominus. 15. Si et bestias malas induxero super terram, et posuero in caput (i. e. *puniam*) ejus, (*r*) et erit in exitium, et non erit transiens viam a facie bestiarum, 16. et isti tres viri in medio ejus fuerint; vivo ego, dicit Adonai Dominus, si filii eorum, aut filiæ eorum servabuntur, sed si ipsi soli servabuntur, terra autem erit in perditionem. 17. Aut si (*s*) etiam gladium inducam super terram illam, et dicam : Gladius transeat per terram, et tollam de ea hominem et jumentum. 18. Et tres viri isti in medio ejus fuerint, vivo ego, dicit Adonai Dominus, non liberabunt filios, aut filias, ÷ sed ⁚ ipsi soli servabuntur. 19. Aut (*t*) si quoque mortem immittam super terram illam, et effundam furorem meum super eam in sanguine, ad delendum ex ea hominem et jumentum, 20. et Noe, et Daniel, et Job in medio ejus, vivo ego, dicit Adonai Dominus, si filii, aut filiæ relinquentur, ipsi in justitia sua liberabunt animas suas. 21. Hæc dicit Adonai Dominus : Si autem et quatuor ultiones meas malas, gladium, et famem, et bestias malas, et mortem immisero super Jerusalem, ad delendum ex ea hominem et jumentum. 22. (*u*) Et ecce residui in ea, qui servati ex ea, ipsi educent filios et filias, ecce ipsi egredientur ad vos, (*x*) et videbitis vias eorum, et (*y*) cogitationes eorum, et pœnitebit vos super malis, quæ induxi super Jerusalem, (*z*) omnibus malis, quæ induxi super eam. 23. Et consolabuntur vos, quia videbitis vias eorum, et cogitationes eorum, et scietis quod non frustra feci omnia, quæ feci in ea, dicit Adonai Dominus.

Cap. XV, 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Et tu, fili hominis, quid fiet lignum vitis ex omnibus lignis (*a*) palmitum, qui sunt in lignis silvæ ? 3. Si sument de ea lignum ad faciendum in opus ? si sument de ea paxillum ad suspendendum super eo omne vas ? 4. (*b*) Præterquam quod igni data est in consumptionem : purgationem ejus, quæ in omni anno, consumit ignis, et deficit in finem : numquid utile erit in opus ? 5. Neque adhuc dum est integrum, non erit in opus ? quanto magis si etiam ignis consumpserit illud in finem, si erit adhuc in opus ? 6. Propter hoc dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Quemadmodum lignum vitis in lignis silvæ, quod dedi illud igni in consumptionem, sic dedi habitantes in Jerusalem. 7. (*c*) Et dabo faciem meam super eos : de igne egredientur, et ignis devorabit eos, et scient, quod ego Dominus, cum obfirmavero faciem meam super eos. 8. Et dabo terram in desolationem, pro eo quod deliquerunt delicto, dicit Adonai Dominus.

Cap. XVI. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, testificare Hierosolymæ iniquitates ejus, 3. et dices : Hæc dicit Adonai Dominus ad Jerusalem : (*d*) Radix tua, et generatio tua de terra Chanaan : pater tuus Amorræus, et mater tua Hettæa. 4. (*e*) Et generatio tua in die,

(*g*) S., Th., idola sua. (*h*) S., contra. (*i*) S., respondebo ei ob multitudinem idolorum suorum. (*k*) Ne. (*l*) Averterent. (*m*) S., respondebo ei ego per manum meam. (*n*) S., et notum. (*o*) In signum. (*p*) S., sic iniquitas prophetæ erit. (*q*) S., cum contempsit contemptum. (*r*) S., et erit non pervia, eo quod non sit transiens in via propter bestias. (*s*) Autem. (*t*) Autem. (*u*) S., verumtamen relinquentur in ea fugitivi, isti homines, qui educent filios et filias. (*x*) S., ut videatis. (*y*) S., astutias. (*z*) S., super omnibus, quæ induxi super eam. (*a*) S., palmite, qui si fuerit in lignis sylvæ. (*b*) S., nonne igni data est in consumptionem? duas extremitates ejus consumpsit ignis, et medium ejus adurens : num proderit ad opus? (*c*) Et obfirmabo. (*d*) S., datio. (*e*) S., et cum nata es.

quæ nata es, non ligarunt mamillas tuas, et in aqua non lota es (f) in salutem, nec sale salita es, et fasciis non fasciata es : 5. nec pepercit oculus meus super te, ad faciendum tibi unum ex his omnibus, ad patiendum quippiam super te : et projecta es super faciem campi perversitate animæ tuæ, in die, quo nata es. 6. Et transivi super te, et vidi te cruentatam in sanguine tuo, et dixi tibi : ex sanguine tuo vivendo vive. 7. Multiplicare : sicut ortus agri dedi te, et multiplicata es, et magnificata es, (g) et ingressa es in urbes urbium : ubera tua erecta sunt, et pilus tuus ortus est, tu autem eras nuda, et discooperta. 8. Et transivi super te, et vidi te : et ecce tempus tuum, et tempus (h) divertentium : et expandi alas super te, et operui pudenda tua, et juravi tibi : et ingressus sum in testamentum tecum, dicit Adonai Dominus : et facta es mihi, 9. et lavi te in aqua, et ablui sanguinem tuum a te, et unxi te in oleo. 10. Et indui te versicoloribus, et calceavi te hyacintho, et accinxi te bysso, (i) et circumdedi te trichapto, 11. et ornavi te ornamento, et posui armillas super manus tuas, et (k) torquem in collum tuum : 12. et dedi inaurem (l) ad narem tuam, et rotulas super aures tuas, et coronam gloriationis super caput tuum : 13. et ornata es auro et argento, et vestimenta tua byssi, et trichapta, et (m) versicoloria : similam, et mel, et oleum comedisti, et facta es pulchra valde valde, (n) et recta ivisti ※ in regnum ⁝ : 14. et exivit nomen tuum in gentibus de pulchritudine tua, quia completum erat in pulchritudine decoris, quam constitui super te, dicit Adonai Dominus. 15. Et confisa fuisti super pulchritudine tua, et scortata es super nomine tuo, et effudisti scortationem tuam super omnem viatorem : ipsi eras. 16. Et tulisti de vestibus tuis, et fecisti tibi (o) idola consuta, et scortata es super ea, (p) et non ingredieris, neque fiet. 17. Et sumsisti vasa gloriationis tuæ de argento meo, et de auro meo, de iis, quæ dedi tibi, et fecisti tibi imagines masculinas, et scortata es in eis, 18. et sumsisti vestimentum tuum varium, et operuisti eas, et oleum meum, et aromata mea posuisti ante faciem earum : 19. et panes meos, quos dedi tibi, similam, et oleum, et mel edere te feci, et posuisti ea ante faciem earum in odorem suavem. Et factum est post hæc, dicit Adonai Dominus, 20. et sumsisti filios tuos, et filias tuas, quas genuisti ※ mihi ⁝, et sacrificasti ea eis in consumtionem : quasi parum scortata sis, 21. et mactasti filios tuos, et dedisti eos, cum reduxisti ab eis eos. 22. Hoc plus quam omnis scortatio tua, ※ et abominationes tuæ ⁝ : et non recordata es diei pueritiæ tuæ, dum eras

A nuda, et discooperta, et dum cruentata tu in sanguine tuo vixisti. 23. Et factum est, post (q) omnes malitias tuas, ※ væ, væ tibi ⁝, dicit Adonai Dominus, 24. et ædificasti tibi domum scortationis, et fecisti tibi habitaculum in omni platea, 25. et super principio omnis viæ ædificasti lupanar tuum, et corrupisti pulchritudinem tuam : et divaricasti crura tua omni viatori, et multiplicasti scortationem tuam, 26. et scortata es super filios Ægypti, vicinos tuos, magnæ carnis, et multum scortata es ad irritandum me. 27. Si autem extendero manum meam super te, et tollam legitima tua, et tradam te in animas odientium te, filias alienigenarum, quæ declinare te faciunt (r) a via tua, impie egisti. 28. Et scortata es super (s) filios Assur, et non sic sa- B tiata es, et scortata es, et non satiata fuisti, 29. et multiplicasti (t) scortationes tuas ※ ad terram Chanaan, et ⁝ Chaldæorum, nec in his expleta es. 30. (u) Quid ponam (x) cor tuum, dicit Adonai Dominus? cum facias hæc omnia opera mulieris fornicariæ, ※ (y) confidenter agentis ⁝, scortata es, tripliciter super filiabus tuis ⁝ : 31. quando ædificasti lupanar tuum super principio omnis viæ, et habitaculum tuum fecisti in omni platea, et non facta es sicut meretrix, (z) congregans mercedes, 32. (a) mulier adulterans desubter viro suo cum alienis similis tibi, quæ a viro suo accipit mercedes, 33. et omnibus scortantibus cum ea addens dat mercedes : et tu dedisti ※ mercedes omnibus ⁝ amatoribus C tuis, et onerabas eos, ut venirent ad te e circuitu tuo in scortatione tua. 34. (b) Et facta est in te perversitas plus quam in mulieribus, in scortatione tua, et post te non scortatæ sunt, in eo, quod adderes dans mercedes, et tibi mercedes non datæ sunt, et facta sunt in te perversa. 35. Propter hoc, meretrix, audi verbum Domini. 36. Hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod effudisti æs tuum, etiam revelabitur turpitudo scortationis tuæ ad amatores tuos, et in omnes cogitationes iniquitatum tuarum, et in sanguinibus filiorum tuorum, quos dedisti eis. 37. Propter hoc ÷ ecce ego super te ⁝ congrego omnes amatores tuos, in quibus te commiscuisti in eis, et omnes, quos amasti, cum omnibus, quos oderas : et congregabo eos super te undique, et D revelabo malitias tuas ad eos, et videbunt omnem turpitudinem tuam. 38. Et ulciscar te ultione adulterarum, et effundentium sanguinem, et ponam te in sanguinem furoris, et zeli. 39. Et tradam te in manus eorum, et subvertent lupanar tuum, et exstirpabunt (c) habitaculum tuum, et exuent te vestimentis tuis, et tollent vasa gloriationis tuæ, et dimittent te nudam, et discoopertam. 40. Et addu-

(f) *S.*, *Th.*, in impudentiam. (g) *S.*, et ingressa es in ornamentum ornamentorum. (h) *S.*, amoris. (i) *S.*, et velavi te velamine. (k) *S.*, collare. (l) *S.*, super narem tuam. (m) *S.*, textoriorum multorum. (n) *S.*, et extendisti te. (o) *S.*, excelsa multicoloria. (p) *S.*, quæ non facta sunt, neque futura sunt. (q) Omnes injustitias tuas. (r) *S.*, extra a viis tuis sordidis. (s) *S.*, filias, quia non satiata es. (t) Testamenta. (u) *S.*, in quo mundabo cor tuum. (x) Filias. (y) *S.*, imperiosæ domi. (z) *S.*, in æquitate fidei congregans mercedes. (a) *S.*, o mulier adultera accipiens desubter viro suo alienos. Omnibus scortis mercedes dantur; tu autem cum hoc dedisti. (b) *S.*, et factum est in te quod in opposito. (c) *S.*, altitudinem tuam.

cent super te turbas, et lapidabunt te in lapidibus, et occident te in gladiis suis. 41. Et comburent domos tuas in igne, et facient in te ultiones coram mulieribus multis : et avertam te a scortatione tua, et mercedes non dabis ultra. 42. Et dimittam furorem meum super te, et tolletur zelus meus a te : et requiescam, et non curabo amplius; 43. pro his quod non recordata es dierum adolescentiæ tuæ, (*d*) et tristitia afficiebas me in his omnibus : et ego ecce vias tuas in caput tuum dedi, dicit Adonai Dominus : (*e*) et sic fecisti impietatem super omnes iniquitates tuas. 44. Hæc sunt omnia, quæ dixerunt super te in parabola, dicentes : Sicut mater, etiam filia. 45. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit virum suum, et filios suos, (*f*) et sororem sororum tuarum, quæ (*g*) repulerunt viros suos, et filios suos : mater vestra Hethæa, et pater vester (*h*) Amoræus. 46. 46. Soror vestra senior Samaria, hæc, et filiæ ejus, quæ habitant a sinistra tua : et soror tua junior te, quæ habitat a dextra tua Sodoma, et filiæ ejus. 47. Sed non sic quidem in viis earum ambulasti, neque secundum iniquitates earum egisti paullominus ⋇ sicut dicere ↙, et transgrederis eas in omnibus viis tuis. 48. Vivo ego, dicit Adonai Dominus, si fecit Sodoma soror tua ipsa, et filiæ ejus, quemadmodum fecisti tu, et filiæ tuæ. 49. Verumtamen hæc ⋇ est ↙ fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia in saturitate panum, et in abundantiis vini delicate vivebant, ipsa et filiæ ejus : ÷ hoc erat ei ↙, et filiis ejus (*i*) et manum pauperis et egeni non apprehendebant, 50. et magna gloriabantur, et fecerunt iniquitates coram me, et abstuli eas, sicut vidi. 51. Et Samaria secundum dimidium peccatorum tuorum non peccavit : et multiplicasti iniquitates tuas plus quam eæ, et justificasti sorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis, quas fecisti. 52. (*k*) Et tu sustine tormentum tuum in eo, quod corruperis sorores tuas in peccatis tuis, quibus inique egisti plus, quam eæ, et justificasti eas plus quam te : et tu erubesce, et suscipe ignominiam tuam, eo quod justificaveris sorores tuas. 53. Et convertam reversionem earum, conversionem Sodomæ, (*l*) et sororum ejus : et convertam reversionem Samariæ, et filiarum ejus : et convertam conversionem tuam in medio earum ; 54. ut portes tormentum tuum, (*m*) et contemneris ex omnibus, quæ fecisti, ad irritandum me. 55. Et soror tua Sodoma, et filiæ ejus restituentur, sicut erant a principio : et tu, et filiæ tuæ restituemini, sicut eratis a principio. 56. Et nisi fuisset Sodoma soror tua in auditum in ore tuo, in diebus superbiæ tuæ, 57. antequam revelarentur malitiæ tuæ, quemadmodum nunc opprobrium es filiarum Syriæ, et omnium, quæ in circuitu ejus, filiarum alienigenarum, quæ circumdant te circumcirca te, 58. (*n*) impietates tuas, et iniquitates tuas tu portasti eas, dicit Dominus. 59. ⋇ Quia ↙ hæc dicit Adonai Dominus : Etiam faciam in te, sicut fecisti, sicut despexisti hæc, ut transgredereris testamentum meum : 60. et recordabor ego testamenti mei, quod tecum in diebus pueritiæ tuæ, et suscitabo tibi testamentum sempiternum. 61. (*o*) Et recordaberis viæ tuæ, et contemneris, cum receperis sorores tuas majores te cum junioribus te, et dabo eas tibi in probationem, et non ex testamento tuo. 62. Et suscitabo ego testamentum meum tecum, et cognosces, quod ego Dominus ; 63. ut recorderis, et erubescas, et non sit tibi ultra aperire os ⋇ tuum ↙ a facie ignominiæ tuæ, cum propitius fuero tibi juxta omnia, quæ fecisti, dicit Adonai Dominus.

Cap. XVII. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, narra narrationem, et dic parabolam ad domum Israelis, 3. et dices : Hæc dicit Adonai Dominus : Aquila magna, magna alis, longa extensione, plena unguium, cui est impetus intrandi in Libanum : et sumpsit (*p*) electa cedri, 4. (*q*) summitates teneritudinis infirmavit, et adduxit eas in terram Chanaan, (*r*) in urbe munita posuit eas. 5. Et sumsit de semine terræ, et dedit illud (*s*) in campo plantationem ⋇ acceptam ↙ super aquam multam : visibile ordinavit illud. 6. Et ortum est, et factum est in vitem infirmam, et parvam magnitudine, ut viderentur palmites ejus super eam : et radices ejus sub ea erant : et facta est in vineam magnam, et fecit (*t*) propagines, et extendit virgas suas. 7. Et facta est aquila altera magna, magna alis, multa unguibus : et ecce vitis hæc implicata ad eam, et radices ejus ad eam et palmites suos subter se emisit ei, ut irrigaret eam (*u*) cum bolo plantationis suæ. 8. In campo bono super aquam multam hæc impinguatur, ut faciat virgulta, et ut afferat fructum, ut sit in vineam magnam. 9. Propter hoc dic : Hæc dicit Adonai Dominus : (*x*) Si dirigatur, nonne radices teneritudinis ejus, et fructus ejus putrescent? et arescent omnia, quæ præveniunt germinant ex ea, ⋇ arescent ↙, et non in brachio magno, neque in populo multo, ad evellendum eam e radicibus suis. 10. Et ecce impinguatur : numquid dirigetur ? Nonne simul ac tetigerit eam ventus uredinis, arescet ariditate ? (*y*) cum bolo germinis arescet. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 12. Fili hominis, dic

(*d*) *Th.*, et ad iram provocabas me. (*e*) *S.*, et non feci juxta abominationes tuas. (*f*) et sorores. (*g*) Quæ vendiderunt. (*h*) *S.*, ut subeatis judicium, reæ estis, quarum enim in judicio filiæ videmini (*Hæc obscura, et incertum, quo pertineant*). (*i*) *S.*, manum vero pauperi et egeno non porrigebant. (*k*) *S.*, etiam tu itaque porta pudorem tuum, sicut quidem superasti sorores tuas peccatis tuis. (*l*) *S.*, et filiarum. (*m*) *S.*, et erubesces pro omnibus quæ fecisti, consolans eas. (*n*) *S.*, abominationes tuas. (*o*) *S.*, et cum in memoriam revocaveris vias tuas, reprehendes temetipsam. (*p*) *Th.*, capitella. (*q*) *S.*, summitates ramorum. *Th.*, virgulta. (*r*) *S.*, in urbe mercatoria. *Th.*, adducentium sarcinas. (*s*) *S.*, in regione sata, ad capiendum firmitatem radicis super aquas. (*t*) *S.*, radices. (*u*) *S.*, ex structura plantationis suæ. *Th.*, ex phiala. (*x*) *S.*, num extendatur. (*y*) *S.*, cum natura.

ad domum Israelis irritantem : Non scitis, quid A sint hæc, quæ dixi? dic eis : (z) Ecce veniet rex Babylonis super Jerusalem, et capiet eam, et regem ejus, et principes ejus, et ducet eos ad semetipsum in Babylonem. 13. Et sumet de semine regni, et disponet ad eum testamentum, et introducet eum in maledictione, et principes terræ capiet, 14. (a) ut sit in regnum infirmum, quod omnino non elevabitur, ad custodiendum testamentum ejus, et statuet illud. 15. Et recedet ab eo, mittendo nuntios in Ægyptum, ad dandum ei equos, et populum multum. Si dirigetur, si servabitur, qui facit contraria? (b) et qui transgreditur testamentum, si salvabitur? 16. Propter hoc vivo ego, dicit Adonai Dominus, nisi in loco regis, qui regnare fecit eum, qui sprevit maledictionem meam, et qui transgres- B sus est testamentum meum, cum eo in medio Babylonis morietur. 17. Et non in virtute magna, neque in turba multa faciet adversus eum Pharao bellum, in jactu fossæ, et in structura stationum et balistarum, ut dejiciat animas multas. 18. Et sprevit juramentum, ut transgrederetur testamentum : et ecce (c) dedit manum suam, et omnia hæc fecit ÷ ei ⁚ : num salvabitur? 19. Propter hoc dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Vivo ego, nisi juramentum meum, quod sprevit, et testamentum meum, quod trangressus est, et dabo illud in caput ejus : 20. et extendam super eum rete meum, et capietur in gyro ejus : ÷ et ducam eum in Babylonem, et dijudicabo cum eo ibi injustitiam ejus, quam injuste egit in C me : 21. (d) et omnes profugi ejus ⁚ in omni instructione belli ejus in gladio cadent : (e) et residuos eorum in omnem ventum disseminabo, et cognoscetis, quia ego Dominus locutus sum. 22. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : Et sumam ego de electis cedri de vertice, ※ et dabo de capite propaginum ejus ⁚, corda eorum infirmabo, et plantabo ego super montem excelsum, 23. et suspendam eum in monte sublimi Israelis. Et plantabo, (f) et proferet germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam : et requiescet sub ea (g) omnis avis, et omne volatile sub umbra ejus ÷ requiescet ⁚, et palmites ejus restituentur, 24. et scient omnia ligna campi; quia ego Dominus, qui humilio lignum excelsum, et exalto lignum humile, et arefacio lignum D viride, et denuo virescere faciam lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, et quoque faciam.

CAP. XVIII. — 1. Et factum est verbum Domini ad me dicens : 2. Fili hominis, quid vobis parabola hæc (h) in filiis Israelis, dicentes : Patres comederunt uvas acerbas, et dentes filiorum stupuerunt *. 3. Vivo ego, dicit Adonai Dominus : si fuerit amplius dicenda parabola hæc in Israele; 4. quia omnes animæ meæ sunt, quemadmodum anima patris, ita et anima filii, meæ sunt : anima quæ peccaverit, (i) ipsa morietur. 5. Homo autem, qui fuerit justus, qui facit judicium et justitiam, 6. super montibus non comederit, et oculos suos non sustulerit ad (k) cogitationes domus Israelis, et uxorem proximi sui non polluerit, et ad mulierem, quæ est in menstruo, non accesserit, 7. et hominem non subegerit, pignus debitoris reddiderit, et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit veste, 8. et argentum suum super usura non dederit, et superfluum non sumserit, ab injustitia averterit manum suam, judicium justum fecerit inter virum et ÷ inter ⁚ proximum ejus, 9. et in præceptis meis ambulaverit, et justificationes meas custodiverit, ut faciat eas; justus hic est, vita vivet, dicit Adonai Dominus. 10. Et si genuerit filium (l) corruptorem, effundentem sanguinem, et facientem peccata, 11. in via patris sui justi non ambulavit, sed et super montibus comedit, et uxorem (m) proximi sui polluit, 12. et egenum et pauperem subegit, et rapinam rapuit, et pignus non reddidit, et in idola posuit oculos suos, iniquitatem fecit, 13. cum usura dedit, et superfluum sumsit; (n) hic vita non vivet : omnes has iniquitates fecit, morte mortificabitur : sanguis ejus super ipsum erit. 14. Si autem genuerit filium, et viderit omnia peccata patris sui, quæ fecit, et timuerit, et non fecerit secundum ea, 15. super montibus non comedit, et oculos suos non posuit ad cogitationes domus Israelis, et uxorem proximi sui non polluit, 16. et hominem non subegit, et pignus non sumsit, et rapinam non rapuit, panem suum esurienti dedit, et nudum operuit ※ veste ⁚, 17. et ab injustitia avertit manum suam, usuram et superfluum non sumsit, justitiam fecit, et in præceptis meis ambulavit; hic non morietur in injustitiis patris sui, vita vivet. — 18. Pater ejus autem si afflictione afflixerit, et rapuerit rapinam ※ fratris ⁚, et contraria fecerit in medio populi mei; etiam morietur in injustitia sua. 19. (o) Et dicitis : Quid est quod non tulit filius injustitiam patris sui? Quia filius misericordiam et justitiam fecit, omnia legitima mea custodivit, et fecit ea : vita vivet. 20. Anima autem peccans ※ ipsa ⁚ morietur; filius autem non accipiet injustitiam patris, neque pater accipiet injustitiam filii sui : justitia justi super ipsum erit, et iniquitas iniqui super ipsum erit. 21. Iniquus si se converterit ab omnibus iniquitatibus suis, quas

(z) Quando. (a) S., pro eo quod esset regnum humile, ut ne se efferret, sed custodiret fœdus ejus, ut statueret illud. Recessit autem ab eo, dum misit legatos in Ægyptum, ut darentur ei equi. (b) Et qui transgreditur testamentum, si effugiet. (c) Dedi. (d) S., et omnes profugi ejus cum omnibus pennis ejus. (e) Et omnes. (f) S., et portabit ramos. (g) Omnes bestiæ. (h) Super terra. (*) Perperam vertit Norberg verbum Syriacum ברקין in *fulgurarunt*. ברק enim significat etiam *stupuit*; teste nomine ברוקותא, *stupor dentium*. Drach. (i) Et ejus, qui comederit uvas acerbas, ejus obstupescent dentes. (k) Idola. (l) S., transgredientem fœdus. (m) S., fratris. (n) S., num vivet? non vivet. (o) S., et dixistis autem : quare simul non portavit filius iniquitatem patris sui?

fecit, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit justitiam et misericordiam, vita vivet, et non morietur: 22. (p) omnia delicta ejus, quæ fecit, non commemorabuntur ※ ei, sed ↓ in justitia sua, quam fecit, vivet. 23. Numquid volendo volam mortem iniqui, dicit Dominus Dominus, sicut id quod se convertat a via sua mala et vivet? 24. Cum vero se averterit justus a justitia sua, et fecerit injustitiam, secundum omnes iniquitates, quas fecit iniquus, si fecerit, non vivet, omnes justitiæ ejus, quas fecit, non commemorabuntur ei: in delicto suo, in quod cecidit, et in peccatis suis, quæ peccavit, in eis morietur. 25. Et dixistis: Non recta it via Domini: audite autem, domus Israelis: numquid via mea non recta it? Nonne via vestra non recta it? 26. Cum averterit se justus a justitia sua, et fecerit delictum, et morietur in delicto, quod fecit, in eo morietur. 27. Et cum averterit se iniquus ab iniquitate sua, quam fecit, et fecerit judicium, et justitiam, hic animam suam custodivit. 28. ※ Et vidit ↓, et se avertit ab omnibus impietatibus suis, quas fecit, vita vivet, non morietur. 29. Et dicunt domus Israelis, Non recta it via Domini. Numquid via mea non recta it, domus Israelis? Nonne via vestra non recta it? 30. ※ Propter hoc ↓ unumquemque secundum viam suam judicabo vos, domus Israelis, dicit Adonai Dominus. Convertimini, et avertite vos ab omnibus impietatibus vestris, et non erunt vobis in tormentum injustitiæ. 31. Projicite a vobis omnes impietates vestras, quas impie egistis in me, et facite vobis cor novum, et spiritum novum, et facite omnia præcepta mea: et quare moriemini, domus Israelis? dicit Dominus. 32. Quia non volo mortem morientis, dicit Adonai Dominus: ※ et convertimini, et vivite ↓.

CAP. XIX. — 1. Et tu fili hominis, sume lamentationem (q) super principem Israelis, 2. et dices: Quare mater tua catula in medio leonum (r) facta est? in medio leonum (s) multiplicavit catulos suos. 3. Et subsilivit unus ex catulis ejus, leo factus est, et didicit rapere rapinas: homines comedit. 4. Et audierunt (t) super eo gentes: in corruptione eorum captus est, et adduxerunt eum in camo in terram Ægypti. 5. Et vidit, quod repulsus esset ab ea, et periisset (u) substantia ejus, et sumsit alium de catulis suis, leonem constituit eum. 6. Et conversabatur in medio leonum: leo factus est, et didicit rapere rapinas: homines comedit: 7. et pascebatur in audacia sua, et urbes eorum desolavit, et vastavit terram, et plenitudinem ejus a voce rugitus sui. (x) 8. Et dederunt super eum gentes undique e regionibus, et expanderunt super eum retia sua: in corruptione eorum captus est. 9. Et posuerunt eum in camo, et in cavea: venit ad regem Babylonis, et introduxit eum (y) in carcerem, ut ne audiretur vox ejus super montes Israelis. 10. Mater tua sicut vitis, sicut flos in malogranato, plantata in aqua: fructus ejus, et germen ejus factum est ex aqua multa. 11. Et facta est ei virga roboris su, er tribum ducum, et exaltata est in magnitudine sua, in medio (z) propaginum. Et vidit magnitudinem suam in multitudine palmitum suorum: 12. et confracta est in furore, super terram projecta est, et ventus uredinis arefecit electa ejus: vindicatæ sunt, et exaruerunt virgæ roboris ejus: ignis consumsit eam: 13. et nunc plantarunt eam in deserto in terra sine aqua. 14. Et exivit ignis e virga (a) electorum ejus, et comedit eam, et non erat in ea virga roboris: (b) in tribum, in parabolam lamentationis est, et erit in lamentationem.

CAP. XX. — 1. Et factum est in anno septimo, in mense quinto, decimo mensis, venerunt viri ex senioribus domus Israelis, ad interrogandum Dominum, et sederunt ante faciem meam. 2. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 3. Fili hominis, loquere ad seniores domus Israelis, et dices ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: Si ad interrogandum me vos venitis? Vivo ego, si respondero vobis, dicit Adonai Dominus, 4. si ultus fuero eos ultione: fili hominis, (c) iniquitates patrum eorum contestare eis, 5. et dices ad eos: Hæc dicit (d) Dominus (e) Dominus: Ex die quo elegi domum Israelis, (f) et innotui semini domus Jacobi, et innotui eis in terra Ægypti, et cepi eos manu mea, dicens: Ego Dominus Deus vester; 6. in die illo cepi eos manu mea, ut educerem eos ex terra Ægypti in terram, quam paravi eis, terram fluentem lacte, et melle, (g) favus est plus quam omnis terra. 7. Et dixi ad eos: Unusquisque abominationes ab oculis suis projiciat, et in studiis Ægypti ne polluamini: ego Dominus Deus vester. 8. Et recesserunt a me, et non voluerunt exaudire me: ※ unusquisque unus ↙ abominationes ab oculis suis non projecerunt, et studia Ægypti non reliquerunt. Et dixi, et effundam furorem meum super eos, ad implendum iram meam in eis in medio terræ Ægypti. 9. Et feci, ut nomen meum omnino non profanaretur coram gentibus, quarum ipsi sunt in medio earum, in quibus innotui ad eos coram eis, ut educerem eos ex terra Ægypti. 10. Et eduxi eos ex terra Ægypti, et adduxi eos in terram desertum, 11. et dedi eis præcepta mea, et justificationes meas notas feci eis, quæ faciet ea homo, et (h) vivet in eis. 12. Et sabbata mea dedi eis, ut essent in signum inter me et inter eos, ut scirent quia ego Dominus, sanctificans eos. 13. Et dixi ad domum Israelis in deserto:

(p) Omnes injustitiæ ejus. (q) S., propter principes. *Th.*, in principes. (r) S., sedit. (s) S., educavit. (t) S., *Th.* de eo. (u) S., exspectatio ejus. *Th.*, spes ejus. (x) S., et posuerunt super eum. (y) S., in Ægyptum. (z) S., plantatorum cum ea. *Th.*, umbrosorum. (a) *Th.*, ramorum ejus. (b) S., in virgam regiam. (c) Peccata. (d) Adonai. (e) Deus. (f) S., et levavi manum pro semine domus. (g) S., quæ est timor adorationis omnibus terris. *Th.*, fortitudo est omnibus terris. (h) S., vivet per ea.

in præceptis meis ambulate, et justificationes meas A custodite, ut faciatis eas, quas faciet eas homo, et vivet in eis. Et irritarunt me domus Israelis in deserto : in præceptis meis non ambularunt, et justificationes meas repulerunt, quas faciet eas homo, et vivet in eis : et sabbata mea profanarunt valde. Et dixi : Et effundam furorem meum super eos in deserto, et consumam eos. 14. Et feci, ut nomen meum omnino non profanaretur coram gentibus, quarum eduxi eos ante oculos earum. 15. Et ego levavi manum meam super eos in deserto, ut omnino non introducerem eos in terram, quam dedi eis, terram fluentem lacte et melle : (*i*) favus est plus quam omnis terra. 16. Pro eo quod justificationes meas repulerunt, et in præceptis meis non B ambularunt in eis, et sabbata mea profanarunt, (*k*) et post cogitationes cordium suorum ambulaverunt, 17. et pepercit oculus meus super eos, ad delendum eos, et non feci eos in consummationem in deserto. 18. Et dixi ad filios eorum in deserto : In legitimis patrum vestrorum ne incedatis, et justificationes eorum ne custodiatis, et studiis (*l*) eorum ÷ ne simul misceamini, et ⁝ ne polluamini. 19. Ego Dominus Deus vester : in præceptis meis ambulate, et justificationes meas custodite, et facite eas. 20. Et sabbata mea sanctificate, et sint in signum inter me et ※ inter ⁝ vos, ut sciatis, quia ego Dominus Deus vester. 21. Et exarcerbarunt me, ÷ et ⁝ filii eorum in præceptis meis non ambularunt, et justificationes meas non custodierunt, ad faciendum C eas quas faciet ※ eas ⁝ homo, et vivet in eis, et sabbata mea profanarunt. Et dixi effundere furorem meum super eos, ad complendum iram meam super eos in deserto. 22. ※ Et converti eis manum meam ⁝, et feci, ut nomen meum super omne non profanaretur coram populis, quorum eduxi eos ante oculos eorum. 23. Et ※ ⁝ levavi manum meam super eos in deserto, ad dispergendum eos in gentibus, et ad disseminandum eos in regionibus, 24. pro eo quod justificationes meas non fecerunt, et præcepta mea repulerunt, et sabbata mea profanarunt, (*m*) et post cogitationes patrum suorum erant oculi eorum. 25. Et ego dedi eis præcepta non bona, et justificationes, quibus non vivent in eis. 26. Et polluam eos in muneribus suis, quando D traduxero omne (*n*) aperiens uterum, ut (*o*) aboleam eos, ※ ut ⁝ sciant, quod ego Dominus. 27. Propter hoc loquere ad domum Israelis, fili hominis, et dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Usque ad hoc ad iracundiam provocarunt me patres vestri in delictis suis, in quibus deliquerunt in me. 28. Et introduxi eos in terram, super quam levavi manum meam, ut darem eam illis. Et viderunt omnem collem excelsum, et omnem arborem umbrosam, et sacrificarunt ibi diis suis, ÷ et constituerunt ibi spiraculum donorum suorum ⁝, et posuerunt ibi odorem suavem suum, et libaverunt libamina sua. 29. Et dixi ad eos : Quid est (*p*) Abana, quod vos intratis illuc? Et vocarunt nomen ejus (*q*) Abana, usque ad diem hodiernum. 30. Propter hoc dic ad domum Israelis : Hæc dicit Dominus (*r*) Dominus : Si in iniquitatibus patrum vestrorum vos polluimini, et post abominationes eorum vos scortamini, 31. et in primitiis munerum vestrorum in separationibus vestris, cum traducitis filios vestros in igne, vos polluimini in omnibus cogitationibus vestris usque ad diem hodiernum : et ego respondebo vobis, domus Israelis? Vivo ego, dicit Adonai Dominus, si respondebo vobis, et si ascendet super spiritum vestrum hoc, 32. et non erit, quemadmodum vos dicitis : Erimus sicut gentes, et sicut tribus terræ, ad colendum ligna, et lapides. 33. ÷ Propter hoc ⁝ vivo ego, dicit Adonai Dominus, nisi in manu potenti, et in brachio excelso, et in furore effuso regnavero super vos, 34. et educam vos ex populis, et recipiam vos e regionibus, quibus dispersi estis in eis, in manu potenti, et in brachio excelso, et in furore effuso. 35. Et adducam vos in desertum populorum, et judicio contendam adversus vos ibi facie contra faciem. 36. Quemadmodum judicio contendi adversus patres vestros in deserto, cum eduxi eos ex terra Ægypti, sic judicabo vos, dicit Dominus (*s*) Dominus. 37. Et traducam vos sub virga mea, (*t*) et introducam vos in numero ※ testamenti ⁝, 38. et eligam e vobis apostatas et impios ; quia e terra incolatus eorum educam eos, et in terram Israelis non ingredientur, et cognoscetis, quod ego Dominus. 39. Et vos, domus Israelis, hæc dicit Dominus (*u*) Dominus : Unusquisque (*x*) studia sua tollite, et post hæc si vos non audieritis me, et nomen meum sanctum non profanaveritis amplius in donis vestris, et in studiis vestris ; 40. quia super monte sanctitatis meæ ; super monte excelso Israelis, dicit Dominus Dominus, ibi colent servitium omnis domus Israelis usque ad finem : et ibi suscipiam, et ibi visitabo primitias vestras, et primitias separationum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. 41. In odore suavi suscipiam ego vos, cum eduxero vos ex gentibus, et suscepero vos e regionibus, quibus dispersi estis in eis, et sanctificabor in vobis ante oculos populorum. 42. Et cognoscetis, quia ego Dominus, cum introduxero vos in terram Israelis, in terram, quam levavi manum meam super eam, ad dandum eam patribus vestris. 43. (*y*) Et

(*i*) S., quæ est timor adorationis omnibus terris. *Th.*, fortitudo est omnibus terris. (*k*) S., adhærescebat enim cor eorum idolis eorum. (*l*) Ægypti. (*m*) S., et adhærescebant oculi eorum idolis patrum eorum. (*n*) *Th.*, primogenitum uteri. (*o*) S., delinquent. (*p*) ABANA. (*q*) Heb., Bama BAMA. (*r*) Deus. (*s*) Deus. (*t*) S., et purificabo vos in annulo fœderis. *Th.*, et traducam vos in traditione fœderis. (*u*) Deus. (*x*) S., idolis suis ite servite, postquam non vultis audire me. (*y*) S., et cum in memoriam revocaveritis ibi vias et consilia vestra, in quibus vos polluistis, parvuli videbimini in eis (vox בהם, *in eis*, mihi transposita, et proxime a *polluistis* collocanda videtur), propter omnes malitias vestras, quas fecistis, et scietis, quod ego Dominus, cum fecero bene vobis propter nomen meum.

recordabimini ibi viarum vestrarum, et studiorum vestrorum, in quibus polluti estis in eis, (z) et videbitis facies vestras in omnibus malitiis vestris, ※ quas fecistis ⁚, 44. et scietis, quia ego Dominus, cum fecero vobis sic, ut nomen meum ※ non profanetur ⁚ secundum vias vestras malas, et secundum studia vestra corrupta, domus Israelis, dicit Adonai Dominus. 45. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 46. Fili hominis, obfirma faciem tuam (*a*) super Thæman, et respice super (*b*) Darom, et propheta super silvam ducem Nageb, 47. et dices silvæ Nageb : Audi verbum Domini : hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego succendo in te ignem, et devorabit in te omne lignum viride, et omne lignum aridum : non extinguetur flamma, quæ succensa est, et ardebit in ea omnis facies ab oriente usque ad aquilonem. 48. (*c*) Et cognoscent omnis caro, quod ego Dominus, et succendi eam, et non extinguetur. 49. Et dixi : Nequaquam, Domine, Domine, illi dicunt ad me : Nonne hæc parabola est, quæ dicitur hæc?

CAP. XXI.—1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, obfirma faciem tuam super Jerusalem, et respice super Sancta eorum, et prophetabis super terram Israelis, 3. et dices ad terram Israelis : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego ad te, et evaginabo cultrum manualem meum e vagina sua, et exsiccabo ex te injustum et iniquum. 4. (*d*) ÷ Pro eo quod perdam ex te injustum et iniquum ⁚, sic egredietur culter manualis meus e vagina sua super omnem carnem ab oriente usque ad aquilonem : 5. et cognoscet omnis caro, quia ego Dominus evaginavi cultrum manualem meum e vagina sua, et non revertetur amplius. 6. Et tu, fili hominis, ingemisce (*e*) in contritione lumbi ÷ tui ⁚, et doloribus gemes ante oculos eorum. 7. Et erit, si dixerint ad te : Quare tu gemis? et dices, Pro nuntio, quia venit, et percutietur omne cor, et dissolventur omnes manus, et exibit anima ÷ omnis ÷ carnis, et ⁚ omnis spiritus, (*f*) et omnia latera polluentur humore : ecce venit, et erit, dicit Dominus Dominus. 8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 9. Fili hominis, propheta et dices : Hæc dicit Adonai Dominus : Dic, gladie, gladie, acuere, et furore exardesce, 10. ut mactes mactationes : acuere, ut sis in polimen, (*g*) paratus ad dissolutionem : occide, contemne, ÷ fili mi ⁚, (*h*) repelle omne lignum. 11. Et dedit eum paratum ad tenendum manibus ipsius : expolitus est gladius,

A est paratus, ut detur in manum confodientis. 12. Clama, et ulula, fili hominis; quia hoc factum est in populo meo, hoc in omnibus ducibus Israelis : inhabitabunt, quia gladius fuit populo meo : propter hoc plaude super manum tuam, 13. (*i*) quia justificatus est : et quid si etiam tribus repulsa fuerit? Non erit, dicit Dominus Dominus. 14. Et tu, fili hominis, propheta, et complode manum super manum, (*k*) et duplica gladium : gladius tertius occisorum est, gladius occisorum magnus : et terrebis eos, 15. ut percutiatur omne cor (*l*), et multiplicentur infirmi super omnem portam ※ eorum ⁚ : (*m*) traditi sunt in occisiones gladii : bene factus est ad splendorem, bene factus est ad mactationem.

B 16. Vade, exacuere a dextra, et a sinistra, quocumque facies tua excitata fuerit. 17. Et ego autem complodam manum meam ad manum meam, et immittam furorem meum : ego Dominus locutus sum. 18. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 19. Et tu fili hominis, ordina tibi ipsi duas vias, 20. ut ingrediatur gladius regis Babylonis : ex regione una egredientur principatus duo, et manum ※ ad parandum ⁚ in principio viæ urbis : super principio viæ ordinabis, ut ingrediatur gladius super Rabbath, super filios Ammon, et super Judæam, et super Jerusalem (*n*) in medio ejus. 21. Quia stabit rex Babylonis (*o*) super viam antiquam, super principio duarum viarum, ad divinandum divinationem, (*p*) ad concutiendum virgam, et ad interrogandum in sculptilibus, et ad explorandum vati-

C cinium jecoris a dextra sua. 22. ÷ Et ⁚ facta est divinatio super Jerusalem, ad jaciendum (*q*) fossam, et ad aperiendum os in clamore, ad exaltandum vocem super clamore, (*r*) ad jaciendum foveam super portas ejus, et ad jaciendum cespitem, et ad ædificandum machinas jaculatrices. 23. Et ipse eis quasi divinans divinationem coram eis, ※ et sabbatizabit sabbata eis ⁚, et ipse commonefaciens de novo injustitiam ejus ad recordandum. 24. Propter hoc hæc dicit Dominus (*s*) Dominus : Pro eo quod in memoriam revocastis injustitias vestras in revelatione impietatum vestrarum, ut viderentur peccata vestra, in omnibus impietatibus vestris, ÷ et ⁚ in omnibus studiis vestris, pro eo quod in memoriam

D revocastis; in istis capiemini. 25. Et tu profane, inique, dux Israelis, cujus venit dies, in tempore (*t*) finis injustitiæ. 26. Hæc dicit Dominus Dominus : Abstulisti a te cidarim, et posuisti super te coronam hanc, non talis erit : humiliasti excelsum, et exal-

(*z*) et percutietis. (*a*) super Thæman et Darom. *S.*, super austrum viam austri, curam habe, et propheta de sylva regionis austri et dices. (*b*) Dagun. (*c*) Et cognoscet. (*d*) Hæc, super quibus est obeliscus, ad finem reperiuntur in Hebræo. (*e*) *S.*, sicut in fractione lumbi. (*f*) *S.*, et per omnia genua fluent aquæ. (*g*) *S.*, evaginatus, vel fugiemus a virga, fili mi. (*h*) *S.*, aversatus es ab omni ligno ; sed dabitur ei evaginatus, ut capiatur manu. (*i*) *S.*, et quid probatio? et quid etiam si virga. (*k*) *S.*, duplicabitur enim gladius, tertius autem ejus gladius percussorum hic est gladius percussionis magnæ, qui super eos manumissus est. (*l*) Eorum. (*m*) *S.*, dedi gladium probatum, acutum : factus est acutus, ipse sicut fulgur notus est, ad jugulandum transiit : revertimini, ascendite ad dextram, transi (pro עבר *transi* legendum עברו *transite* puto) ad sinistram. (*n*) *S.*, in inclusione. *Th.*, munitam. (*o*) *Th.*, super principium viæ, super principio duarum viarum. (*p*) *Th.*, ad concutiendum sagittis. (*q*) *S.*, turres murorum. *Th.*, turres. (*r*) *S.*, ad fodiendum lapidem, et ad ædificandum sepimentum. (*s*) Deus. (*t*) *S.*, iniquitas definita termino.

tasti humile. 27. Injustitiam, ※ injustitiam ⁝, injustitiam ponam eam, nec hæc talis erit, donec veniat, cui convenit, et tradam ei. 28. Et tu, fili hominis, propheta, et dices : Hæc dicit Dominus (*u*) Dominus ad filios Ammon, et ad opprobrium eorum, et dices : Gladius, gladius evaginatus ad mactationem, et evaginatus ad consummationem, surge, ut fulgeas, 29. in visione tua vana, et cum divinabis falsa, ad tradendum te super colla occisorum iniquorum, quorum venit dies in tempore finis injustitiæ. 30. Revertere, ne hospiteris in loco hoc, quo natus es, in terra (*x*) tua judicabo te, 31. et effundam super te furorem meum, in igne iræ meæ sufflabo super te : et tradam te in manus virorum barbarorum conflantium corruptionem. — 32. In igne eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ tuæ : non erit memoria tui, quia ego Dominus locutus sum.

CAP. XXII.— 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Et tu, fili hominis, si judicas, aut non judicas urbem sanguinum? et ostende ei omnes iniquitates suas, 3. et dices : Hæc dicit (*y*) Dominus (*z*) Dominus : O urbs effundens sanguines in medio sui, ut veniat tempus ejus, et faciens cogitationes contra semetipsam, ad polluendum se. 4. In sanguinibus eorum, quos effudisti, cecidisti : et in cogitationibus tuis, quas fecisti, polluta fuisti : et appropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum. Propter hoc dedi te in opprobrium gentibus, et in irrisionem omnibus regionibus, 5. quæ prope sunt ad te, et quæ procul remotæ sunt a te, (*a*) et illudent in te, immunda ista nominata, et multa in iniquitatibus. 6. Ecce duces domus Israelis, unusquisque ad cognatos suos, miscuerunt se in te, ut effundant sanguinem. 7. Patrem et matrem maledicebant in te, et adversus advenam conversabantur in injustitiis in te : pupillum et viduam opprimebant in te : 8. et Sancta mea spernebant, et sabbata mea polluebant in te. 9. Viri latrones ※ erant ⁝ in te, ut effunderent in te sanguinem : et super montibus comedebant in te: (*b*) non sancta faciebant in medio tui. 10. Pudenda patris retexerunt in te, et in immunditiis menstruatam humiliabant in te. 11. Unusquisque uxorem proximi sui inique ignominia affecit, et unusquisque nurum suam contaminavit in impietate, et unusquisque sororem suam, filiam patris sui, humiliabant in te. 12. Munus accipiebant in te, ut effunderent sanguinem : usuram et superfluum accipiebant in te : et consummasti consummationem malitiæ tuæ, quæ in oppressione : mei autem

A oblita es, dicit Dominus Dominus. 13. Si autem percussero manum meam ad manum meam (*c*) super iis, quæ consummasti, quæ fecisti, et super sanguinibus tuis, qui facti sunt in medio tui, 14. si sustinebit cor tuum? si detinebunt manus manus tuæ in diebus, quos ego facio in te? Ego Dominus locutus sum, et faciam. 15. Et dispergam te in gentibus, et disseminabo te in regionibus, et deficiet immunditia tua a te : 16. (*d*) et hæreditabo in te ante oculos gentium, et scietis, quia ego Dominus. 17. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 18. Fili hominis, ecce facti sunt mihi domus Israelis (*e*) misti omnes ære, et ferro, et stanno, et plumbo in medio ※ camini ⁝ (*f*) misti argento sunt. 19. Propter hoc dic : Hæc dicit Dominus Dominus :

B Pro eo quod facti estis omnes in unam commistionem, propter hoc ecce ego recipiam vos in medio Jerusalem. 20. Sicut recipitur argentum, et æs, et ferrum, et stannum, et plumbum in medium camini, ad sufflandum in illud ignem, ut confletur, ita recipiam vos in ira mea, ※ et in furore ⁝, et congregabo, et conflabo vos, 21. ※ et congregabo vos ⁝, et sufflabo super vos in igne iræ meæ, et conflabimini in medio ejus. 22. Quemadmodum conflatur argentum in medio camini, ita conflabimini in medio ejus, et cognoscetis, quia ego Dominus effudi furorem meum super vos. 23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 24. Fili hominis, dic ei : Tu es terra (*g*) non compluta, neque pluvia facta

C est super te in die iræ. 25. Cujus duces in medio ejus, sicut leones rugientes, rapientes rapinas, animas devorantes in potentia, et pretia accipientes in injustitia. Et viduæ tuæ multiplicatæ sunt in medio tui. 26. Et sacerdotes ejus (*h*) prævaricati sunt legi meæ, et polluebant Sancta mea : inter sanctum (*i*) et profanum non distinguebant, et inter immundum et mundum non distinguebant, a sabbatis meis operiebant oculos suos : (*k*) et profanabar in medio eorum. 27. Principes ejus in medio ejus, sicut lupi rapientes rapinas, ad effundendum sanguinem, ※ ad perdendum animas ⁝, ut avaritia lucrentur. 28. Et prophetæ ejus, (*l*) ungentes eos, cadent, videntes vana, divinantes ※ eis ⁝ mendacia, dicentes : Hæc dicit Adonai Dominus, et

D Dominus non locutus est : 29. populum terræ prementes injusto, et diripientes rapinas, egenum et pauperem opprimentes, et erga advenam (*m*) non conversantes cum judicio. 30. Et quærebam ex eis virum, (*n*) qui conversaretur recte, et qui staret ex toto ante faciem meam in tempore (*o*) iræ, ut ne in finem delerem eam, et non inveni. 31. Et effudi

(*u*) Deus. (*x*) *S.*, possessa tua. *Th.*, stabilimenti radicis tuæ. (*y*) Adonai. (*z*) Deus. (*a*) *S.*, signum edere facientes manus super te, clamabunt tibi : immunda, valde nominata. (*b*) *S.*, abominationes. *Th.*, ZEMMA (i. e. Hebr. זמה *scelus*). (*c*) *S.*, defraudatione tua, quam fecisti. (*d*) *S.*, et pungam te coram gentibus. (*e*) *S.*, permistio tetra. *Th.*, in calculum. (*f*) *S.*, permistio tetra. *Th.*, in argentum scoriæ factæ sunt. (*g*) *S.*, quæ non mundata est, super quam hiems non facta est, in die increpationis. Juramenta quæ simul (i. e. *conjurationes*) prophetarum ejus in medio ejus. (*h*) *S.*, qui ducebant in violentia legem meam. (*i*) *S.*, mundanum. (*k*) Et sabbata mea profanabant. (*l*) *S.*, qui liniebant eos non condimento. *Th.*, stultitia. (*m*) *S.*, oppresserunt inique. (*n*) *S.*, qui ædificaret sepem. (*o*) Terræ.

super eam furorem meum in igne iræ meæ ad consummandum ⋇ eos ⁚: vias eorum in capita eorum dedi, dicit Dominus Dominus.

CAP. XXIII.—1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, duæ mulieres erant filiæ matris unius, 3. et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua ⋇ fornicatæ sunt ⁚: ibi ceciderunt ubera earum, (p) et ibi devirginatæ sunt nutrices virginitatum earum. 4. Nomina autem earum Ohola senior, et Oholiba soror ejus. Et factæ sunt mihi, et pepererunt filios, et filias: et nomina earum, Samaria Ohola, et Jerusalem Oholiba. 5. Et fornicata est Ohola a me, (q) et se apposuit post amatores suos, post Assyrios vicinos ei, 6. indutos hyacinthinis, principes, et duces: juvenes electi, omnes equites equitantes super equis. 7. Et dedit fornicationem suam super eos: electi filii Assyriorum omnes, et super omnes, super quos se imposuit: in omnibus cogitationibus (r) eorum polluta facta est. 8. Et fornicationem suam ex Ægypto non reliquit; quia cum ipsa dormiebant in adolescentia ejus, et ipsi devirginarunt (s) eam, et effunderunt fornicationem suam super eam. 9. Propter hoc tradidi eam in manus amatorum ejus, in manus filiorum Assyriorum, super eos, post quos se apposuit. 10. Isti retexerunt (t) pudenda ejus, filios, et filias ejus sumserunt, et eam in gladio occiderunt: et facta est sermo in mulieres, et ultionem (u) feci in ea ⸓ in filias ejus ⁚. 11. Et vidit soror ejus Oholiba, et corrupit impositionem suam plus quam ea, et fornicationem suam plus quam fornicatio sororis suæ. 12. Post filios Assyriorum se apposuit, principes, et duces vicinos ei, indutos (x) hyacinthinis, equites equitantes super equos: adolescentes electi omnes. 13. Et vidi, quod pollutæ essent, via una ambarum: 14. et adjecit ad fornicationem suam, et vidit viros depictos super pariete, imagines Chaldæorum depictos (y) in stylo, 15. accinctos variegatis super lumbos suos, (z) et pilei tincti super capitibus eorum, (a) facies triplex omnium, similitudo filiorum Babylonis, terræ Chaldæorum, regionis ejus. 16. Et se posuit post eos in adspectu oculorum suorum: et misit nuntios ad eos in terram Chaldæorum. 17. Et venerunt ad eam filii Babylonis, ad cubile divertentium, et polluebant eam in fornicatione ejus, (b) et polluta est in eis, et recessit anima ejus ab illis. 18. Et retexit fornicationem suam, et retexit pudorem. Et recessit anima mea ab ea, quemadmodum recessit anima mea a sorore ejus. 19. Et multiplicasti fornicationem tuam, (c) ad recordandum dies adolescentiæ tuæ, in quibus fornicata es in Ægypto: 20. (d) et te apposuisti post Chaldæos, quorum sicut asinorum carnes eorum, et verenda equorum verenda eorum: 21. et visitasti (e) iniquitates adolescentiæ tuæ, quæ faciebas in Ægypto (f) in diversorio tuo, ubi ubera adolescentiæ tuæ ceciderunt. 22. Propter hoc Oholiba, hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego suscito amatores tuos super te, a quibus recessit anima tua ab eis: et adducam eos super te undique, 23. filios Babylonis, et omnes Chaldæos, Phul, et Sud, et Coa, et omnes filios Assyriorum cum eis, juvenes electos, duces, et præfectos, omnes triarios, et nominatos, equitantes super equis omnes. 24. Venient super te ab aquilone, currus, et rotæ cum multitudine populorum, et clypei, peltæ: et mittet custodiam super te circumcirca. 25. Et dabo ante faciem eorum judicium, et ulciscentur te in judiciis suis: et dabo zelum meum in te, et facient tecum in ira furoris. Nasum tuum, et aures tuas auferent, et residuos tuos in gladio dejicient: isti filios tuos, et filias tuas capient, et residuos tuos (g) devorabit ignis: 26. et exuent te vestibus tuis, et capient vasa gloriationis tuæ. 27. (h) Et avertam impietates tuas a te, et fornicationem tuam (i) de terra Ægypti: et non elevabis oculos tuos super eos, et Ægypti non recordaberis amplius. 28. Quia hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego trado te in manus eorum, quos odio habes, a quibus recessit anima vestra ab eis. 29. Et facient in te in odio, et sument omnes labores tuos, ⸓ et molestias tuas ⁚, et eris nuda, et ignominiæ plena, et revelabitur ignominia fornicationis tuæ, (k) et impietatis tuæ: et fornicatio tua. 30. fecit hæc tibi, cum scortata es post gentes, et polluta es in cogitationibus earum. 31. In via sororis tuæ ambulasti, et dabo calicem ejus in manus tuas. 32. Hæc dicit Dominus Dominus: Calicem sororis tuæ bibes, (l) profundum, et latum, ⋇ et erit in derisum, et in ludibrium ⁚, abundantem ad complendum ebrietatem, 33. et dissolutione repleberis: calicem ⋇ corruptionis, et ⁚ exitii, calicem sororis tuæ Samariæ, 34. et bibes eum, ⋇ et exprimes eum ⁚, (m) et festivitates, et novilunia ejus avertam; quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus. 35. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus: Pro eo quod oblita es mei, et projecisti me post corpus tuum, et tu (n) accipe impietatem tuam, et fornicationem tuam. 36. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, (o) si judicabis Oholam et Oholibam, et annuntiabis eis iniquitates earum; 37. quia mœchabantur, et sanguis in manibus earum, (p) et cogitationes earum mœchabantur, et filios suos, quos pepererunt mihi, traducebant per ignem,

(p) *S.*, et ibi adoleverunt. (q) *S.*, et se effudit. (r) Ejus. (s) *S.*, *Th.*, virgines ejus. (t) Pudorem. (u) Fecerunt. (x) *S.*, compositis. (y) *S.*, in coloribus. (z) *S.*, velamen. *Th.*, et cidares inclinatæ. (a) *S.*, adspectus ternorum statorum. (b) *S.*, et decerpta est. (c) *S.*, per id quod recordata sis. (d) *S.*, et te effundebas ad opera eorum. *Th.*, et subsiliisti super electos eorum. (e) *S.*, abominationem. (f) *S.*, quandocumque adoleverint de Ægypto nutrices tuæ. (g) Consument in igne. (h) *S.*, et cessare faciam abominationem tuam a te. (i) *S.*, eam, quæ de terra. (k) *S.*, et abominatio tua, et fornicatio tua: erunt hæc tibi. (l) *S.*, profunda, et spatiosa, eris in risum, et in sermonem, quæ multos contines. Ebrietate, et non curatione repleberis. (m) *S.*, et testas ejus comedes, sicut ossa, et ubera tua depilabis; quia ego locutus sum. (n) *S.*, porta abominationem tuam. (o) Nonne. (p) *S.*, et ad idola sua mœchabantur.

38. donec et hæc fecerunt mihi : polluebant Sancta mea ⋇ in die illo ⁞, et sabbata mea profanabant, 39. (*q*) et cum jugularent filios suos idolis suis, et ingrediebantur in Sanctuaria mea ⋇ in die illo ⁞ ad profanandum ea : et quod sic faciebant in medio domus meæ, 40. et quod viris venientibus e longinquo, quibus nuntios miserant ad eos, et statim ubi venissent, lavabaris, et collyrio liniebas oculos tuos, et ornabaris ornatu, 41. et sedebas super lecto strato, et mensa instructa ante faciem ejus : et thymiama meum, et oleum meum, lætabantur in eis, 42. (*r*) et voces harmoniæ pulsabant, et ad viros ex cœtu hominum venientes ⋇ inebriatos ⁞ e deserto : et dabant armillas in manus earum, et coronam glorationis super capita earum. 43. Et dixi : (*s*) Nonne in his mœchantur ? et opera meretricum etiam ipsa fornicata est ? 44. Et ingrediebantur ad eam, quemadmodum ingrediuntur ad mulierem meretricem, ita ingrediebantur ad Oholam, et ad Oholibam, ut facerent iniquitatem. 45. Et viri justi, hi ulciscentur eas ultione adulterarum, et ultione sanguinis ; quia adulteræ sunt, et sanguis in manibus earum. 46. Quia hæc dicit Dominus Dominus : Adduc (*t*) super eos cœtum, et da in eis tumultum et rapinam, 47. et lapida super eas in lapidibus turbarum, (*u*) et confodite eas in gladiis eorum : filios earum, et filias earum occident, et domos earum in igne incendent. 48. (*x*) Et avertam impietatem de terra, et erudientur omnes mulieres, et non facient secundum impietates earum. 49. Et dabitur impietas vestra super vos, et peccata cogitationum vestrarum accipietis, et scietis, quia ego Dominus Dominus.

CAP. XXIV. — 1. Et factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decimo mensis, dicens : 2. Fili hominis, scribe tibi in diem (*y*) a die hoc, a quo se extulit rex Babylonis super Jerusalem, a die hodierno. 3. Et dic super domum irritantem parabolam, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Dominus : Pone ollam, ⋇ pone ⁞, et infunde in eam aquam, 4. et mitte in eam segmenta, omne segmentum decorum, crus, et humerum, abscissa ab ossibus, 5. de jumento electo (*z*) sumta : et incende ossa sub eis. Ferbuit, efferbuit, et cocta sunt ossa ejus in medio illius. 6. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : O urbs sanguinum, olla, in qua est ærugo, et ærugo non exiit ex ea, membratim protulit, non cecidit super eam sors. 7. Quia sanguis ejus in medio illius est, super petram læ-

A vem constitui eum : non effudi eum super terram ut tegeret super eum terra, 8. ut ascenderet furor in vindictam ut vindicaretur : dedi sanguinem ejus super petram lævem, ut ne tegeret eum. 9. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : ⋇ Væ urbs sanguinum ⁞, et ego magnificabo (*a*) torrem, 10. et multiplicabo ligna, et succendam ignem, ut liquescant carnes (*b*), et imminuatur jusculum, ⋇ et ossa simul exurentur ⁞, 11. et stet super prunas ⋇ ejus, inflammata est ⁞, ut comburatur, ⋇ ut simul exuratur ⁞ æs ejus, et liquescat in medio ⋇ ejus ⁞ immunditia ejus, et deficiat ærugo ejus, ⋇ (*c*) deprimatur ærugo ⁞. 12. Et non exibit de ea multa ærugo ejus, et erubescet ærugo ejus. 13.
B ⋇ In immunditia tua * elixatio ⁞, pro iis quod te contaminasti tu, ⋇ et non purificata es ab immunditia tua ⁞ : et quid si non purificata fueris amplius, donec et impleam furorem meum in te ? 14. Ego Dominus locutus sum, et veniet, et faciam (*d*), non differam, nec miserebor, ⋇ obtemperabo ⁞ : secundum vias tuas, et secundum (*e*) cogitationes tuas judicabo te, dicit Adonai Dominus. ÷ Propter hoc ego judicabo te secundum sanguines tuos, et secundum cogitationes tuas judicabo te, immunda, et nominata, et multa ad irritandum ⁞. 15. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 16. Fili hominis, ecce ego tollo (*f*) desideria oculorum tuorum in instructione belli, non planges, neque defleberis, neque venient tibi lacrimæ. 17. (*g*) Gemitus san-
C guinis, lumbi luctus est hæc : non erunt crines tui conserti super te, et calceamenta tua in pedibus tuis : non consolationem accipies in labiis eorum ; et panem virorum non comedes. 18. Et locutus sum ad populum mane, ÷ quemadmodum præcepit mihi ⁞, et mortua est uxor mea vespere, et feci mane, quemadmodum præceptum fuit mihi. 19. Et dixit ad me populus : Non dicis nobis, quid sint ⋇ nobis ⁞ hæc, quæ tu facis ? 20. Et dixi ad eos : Verbum Domini factum est ad me, dicens : 21. Dic ad domum Israelis : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego profanabo Sancta mea, jactantiam fortitudinis vestræ, desiderabilia oculorum vestrorum, et pro quibus parcunt animæ vestræ : et filii vestri, et filiæ vestræ, quos reliquistis, in gladio
D cadent, 22. et facite, quemadmodum feci : (*h*) ab ore eorum non accipietis consolationem, et panem virorum non comedetis, 23. et cincinni vestri super capite vestro, et calceamenta vestra in pedibus vestris : nec plangetis, neque flebitis, et liquescetis

(*q*) *S.*, et cum sacrificarent filios suos idolis suis, ingrediebantur. (*r*) *S.*, et vox cœtus affluentis erat in ea. (*s*) *Th.*, ei, cujus ab antiquo est tempus scortationis meretricis meretricium. (*t*) Super eas. (*u*) *Th.*, et expurgabit eas in gladiis eorum. (*x*) *S.*, quod cessare faciam abominationem a terra. (*y*) *S.*, in ipso die hoc antevertit constituit. (*z*) *S.*, sume sal, et pone circumcirca ossa sub eis. (*a*) *Th.*, et inflammationem. (*b*) *S.*, simul coquetur stabilimentum. (*c*) *S.*, in amore laboris fuit cum molestia, et non exivit de ea multitudo æruginis ejus. (*) Hic lapsus est interpres Syriacus, qui vocem Græcam ζέμμα, quæ est Hebraicum זמה, elementis Græcis scriptum, accepit ut nomen Græcum ζέμα, a verbo ζέω, et vertit שלקא, *elixatio*. Cf. supra notam ad xxii, 9. DRACH. (*d*) *S.*, non retrocedam. (*e*) Studia. (*f*) *S.*, fortunam oculorum tuorum in percussione. (*g*) *S.*, geme, dum siles, et luctum humanum ne facias : corona tua fuit posita tibi, et calceasti pedes tuos, et non obvolvas labia tua, et cœnam. (*h*) *S.*, labia tua (pro דילך, *tua*, דילכן, *vestra*, legendum credo) obvolvetis.

in injustitia vestra (*i*) (*k*) et consolabimini unusquisque fratrem suum. 24. Et erit Hezeciel vobis in portentum : secundum omnia, quæ fecit, facietis, cum venerint hæc, et cognoscetis, quoniam ego Adonai Dominus. 25. Et tu, fili hominis, nonne in die, quando sumsero robur ※ eorum ⁚ ab eis, et elationem gloriationis eorum, desiderabilia oculorum eorum, et elationem animæ eorum, filios eorum, et filias eorum, 26. in die illo veniet, qui salvus factus fuerit, ad te, ut dicat tibi in aures tuas? 27. In die illo aperietur os tuum ad eum, qui salvus factus fuerit, et loqueris, nec obmutesces amplius, et eris eis in portentum, et cognoscent, quoniam ego Dominus.

CAP. XXV. — 1. Super filios Ammon. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, obfirma faciem tuam super filios Ammon, et propheta super eos, 3. et dices filiis Ammon : Audite verbum Adonai Domini : hæc dicit Adonai Dominus (*l*): Pro eo quod gavisi estis super Sancta mea, quod profanata sunt, et super terram Israelis, quod desolata est, et super domum Judæ, quod abierunt in captivitate; 4. propter hoc ecce ego trado vos (*m*) filiis Cedem in hæreditatem, et castrametabuntur in supellectile sua in te, et dabunt in te tentoria sua : isti comedent fructus tuos, et isti bibent adipem tuam. 5. Et dabo urbem Ammon in pascuum camelorum, et filios Ammon in pascuum ovium, et cognoscetis, quia ego Adonai Dominus. 6. Quia hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod plausisti manu tua, et strepuisti pede tuo, et gavisa es ex anima tua super terram Israelis; 7. propter hoc ※ ecce ego ⁚ extendam manum meam super te, et dabo te in direptionem in gentibus, et delebo te ex populis, et perdam te e regionibus perditione, et cognoscetis, quia ego Dominus. 8. Super Moab et Seir. Hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod dixit Moab, ※ et Seir ⁚ : Ecce, quemadmodum omnes gentes, domus ÷ Israelis et Judæ. 9. Propter hoc ecce ego dissolvo humerum Moab ex urbibus extremarum altitudinum ejus, terram electam, domum Beth Asimuth super fontem urbis, quæ apud mare : 10. filios Cedem super filios Ammon dedi ei (*n*) in hæreditatem, ut non memoria sit filiorum Ammon ※ in gentibus ⁚ . 11. Et in Moab faciam ultionem, et cognoscent, quoniam ego Dominus. 12. Super Idumæam. Hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod fecit Idumæa, cum ulciscerentur ultione in domum Judæ, et custodierunt excandescentiam, et ulti sunt ultione; 13. propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : Et extendam manum meam super Idumæam, et pessundabo de ea hominem et jumentum, et ponam eam desertam : et ex Thæman et Dadan persecutionem patientes in gladio cadent. 14. Et dabo ultionem meam super

A Idumæam in manu populi mei Israelis : et facient in Idumæa juxta iram meam, et juxta furorem meum, et cognoscent ultionem meam, dicit Adonai Dominus. 15. Super alienigenas. Propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod fecerunt alienigenæ in ultione, et excitarunt ultionem, gaudentes ex anima, (*o*) ut delerent usque in æternum; 16. propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego extendo manum meam super alienigenas, et pessundabo (*p*) Cretenses, et perdam reliquos ÷ habitantes ⁚ super ora marina. 17. Et faciam in eis ultiones magnas ※ in redargutionibus furoris ⁚ , et cognoscent, quia ego Adonai Dominus, cum dedero ultionem meam super eos.

CAP. XXVI. — 1. Super Tyrum. Et factum est
B in anno undecimo, uno mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis : pro eo quod dixit Tyrus super Jerusalem : Ah, bene, confracta est, periit, gentes conversæ sunt ad me, quæ plena, deserta est; 3. propter hoc hæc dicit Adonai Dominus : ※ Ecce ego ⁚ super te, Tyre, et ascendere faciam super te gentes multas, sicut ascendit mare in fluctibus suis. 4. Et dejicient muros Tyri, et dejicient turres tuas : et ventilabo pulverem ejus de ea, et dabo eam in petram lævem. 5. Expansio retium erit in medio maris; quia ego locutus sum, dicit Dominus Dominus : et erit in direptionem gentibus : 6. ※ et filiæ ejus hæ ⁚, quæ in campo, gladio occidentur, et scient, quia ego Dominus.
C 7. Quia hæc dicit Adonai Dominus : ecce ego adduco super te, Tyre, Nabuchodonosorem regem Babylonis ab aquilone, rex regum est, cum equis, et curribus, et equitibus, et cœtu gentium multarum ÷ valde ⁚. 8. Hic filias tuas, quæ in campo, gladio occidet, et dabit super te ÷ excubias ⁚ , et ædificabit circa te, et faciet super te in circuitu fossam, et tumultuariam stationem armorum, et lanceas suas contra te dabit. 9. Muros tuos, et turres tuas diruet in gladiis suis. 10. A multitudine equorum ejus operiet te pulvis eorum : a voce equitum ejus, et rotarum curruum ejus concutientur muri tui : cum ingreditur portas tuas, sicut ingrediens in urbem ex campo. 11. In ungulis equorum suorum conculcabunt omnes plateas tuas :
D populum tuum gladio occidet : et substantiam fortitudinis tuæ super terram deducet. 12. Et deportabit potentiam tuam, et spoliabit quæ possides, et jaciet deorsum muros tuos : et domos tuas desiderabiles, et lapides tuos, et ligna tua, et pulverem tuum in medium maris injiciet. 13. Et destruet multitudinem instrumentorum musicæ tuæ, et vox cithararum tuarum non audietur in te amplius. 14. Et dabo te in petram lævem, et expansio retium eris : non ædificaberis amplius, quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus. 15. Quia hæc dicit

(*i*) Nec (hæc vox ad notam proxime præcedentem pertinere videtur). (*k*) *S.*, et consolationem accipietis unusquisque per fratrem suum. *Th.*, et gemetis. (*l*) *S.*, pro eo quod dixisti, ah bene! (*m*) *Th.*, filiis orientis. (*n*) *S.*, in elatum. (*o*) *S.*, in corruptionem in inimicitia æterna. (*p*) *S.*, destructores.

Dominus Dominus Tyro : Nonne a voce ruinæ tuæ, cum ingemuerint occisi tui, cum evaginatus fuerit gladius in medio tui, commovebuntur insulæ? 16. Et descendent de soliis suis omnes principes ※ ex gentibus ⁚ maris, et tollent cidares de capitibus suis, et vestimenta varia sua exuent : stupore stupebunt, super terram sedebunt, et formidabunt perditionem suam, et gement super te : 17. et assument super te lamentationem, et dicent ※ tibi ⁚ : Quomodo periisti, et dissoluta es ex mari, urbs celebrata, ※ quæ facta erat fortis in mari, ipsa, et inhabitantes eam ⁚, quæ dedit timorem suum omnibus habitantibus in ea? 18. Et timebunt insulæ a die ruinæ tuæ, ※ et perturbabuntur insulæ in mari ⁚ (q) ab exitu comite tui. 19. Quia hæc dicit Dominus Dominus : Quando dedero te urbem desolatam, sicut urbes, quæ non habitantur, cum adduxero super te abyssum, et operiet te aqua multa. 20. Et descendere faciam te ad eos, qui descendunt in foveam ad populum sempiternum, et habitare faciam te in profundis terræ, sicut solitudinem sempiternam cum his, qui descendunt in foveam, ut ne habiteris (r), neque resurgas super terra vitæ. 21. Perditionem dabo te, et non exsistes amplius, ※ et requireris, et non invenieris ⁚, in sempiternum, dicit Dominus Dominus.

CAP. XXVII. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Et tu, fili hominis, assume super Tyrum lamentationem, 3. et dices Tyro habitanti super introitum maris, emporio populorum ex insulis multis : Hæc dicit Dominus Dominus Tyro : Tu dixisti : Ego posui mihi (s) decorem meum, 4. in corde maris (t) Beelimo : filii tui posuerunt tibi decorem. 5. Cedrus ex Sanir ædificata est tibi : zonæ asserum cypressi ex Libano sumtæ sunt, ad faciendum tibi malos abiegnos, 6. e regione Bajsan fecerunt remos tuos, templa tua fecerunt ex ebore, domos densas ex insulis Chethæorum. 7. Byssus cum varietate ex Ægypto facta est tibi stratum, ad ponendum tibi (u) gloriam, ÷ et ad operiendum te ⁚ hyacintho, et purpura, ex insulis Elisæ, facta sunt operimenta tua. 8. ÷ Et principes tui ⁚, habitantes in Sidone, et Arudii fuerunt ductores remorum tuorum : sapientes tui, Tyre, qui erant in te, hi nautæ tui. 9. Seniores (x) bibliorum, et sapientes eorum, qui erant in te, hi corroborabant consilium tuum : et omnes naves maris, et ductores remorum earum facti sunt tibi ab occasuum occasu. 10. Persæ, et Lydi, et Libyes erant in potentia tua, viri bellatores tui clypeos et galeas suspenderunt in te, hi dederunt gloriam tuam. 11. Filii Arudiorum, et potentia tua super muris tuis ※ in circuitu ⁚ : (y) custodes in turribus tuis erant, pharetras suas suspenderunt super portus tuos in circuitu : hi perfecerunt decorem tuum. 12. Carthaginenses negotiatores tui a multitudine omnis roboris tui, argentum, et aurum, et æs, et ferrum, et stannum, et plumbum dederunt nundinas tuas. 13. Græcia, et universa, et regiones extensæ, isti negotiabantur tibi in animabus hominum, et vasa æris dederunt mercatum tuum. 14. E domo Thorgama equos, et equites, et mulos dederunt nundinas tuas. 15. Filii Rhodiorum negotiatores tui ex insulis multiplicarunt mercatum tuum dentes elephantinos, et his introductis reddebas mercedes tuas, 16. homines, mercatum tuum a multitudine commisti tui, (z) benafeg (Hebr. בנפך *) stacten, et varietates ex Tharsis, et Damoth**, et Chorchor dederunt nundinas tuas. 17. Juda, et filii Israelis, hi negotiatores tui in venditione frumenti, et unguentorum, ÷ et casiæ : et mel primum ⁚, et oleum, et resinam dederunt in commistum tuum. 18. Damascus negotiatores tui in multitudine operum tuorum, ex multitudine omnis potentiæ tuæ : (a) vinum ex Helbon, ÷ et lanam ex Mileto, et vinum ⁚, ※ et Dan, et Javan ex Ozel ⁚ ÷ in nundinas tuas dederunt ⁚. 19. Ex Asel ferrum opere factum, et rota in commisto tuo est. 20. Dadan negotiatores tui cum jumento electo ad currus. 21. Arabia, et omnes principes Cedar, hi negotiatores per manum tuam, camelos, et arietes, et agnos, in quibus mercabantur tibi. 22. Negotiatores Sabæ, et Raamæ, hi negotiatores tui cum aromatibus primis, et lapidibus bonis, et aurum dederunt nundinas tuas. 23. Haran, et Chanaan, ※ et Dadan, ⁚ ÷ hi ⁚ negotiatores tui : ※ Saba ⁚, Assur, et Chalmun negotiatores tui, 24. ferentes mercatum ※ in Machalim, et in Galima ⁚ hyacinthum ※ (b) et variegatum ⁚, et thesauros electos, ligatos funibus, et naves 25. cupressorum in eis ※ negotiatio tua ⁚ Carthaginenses negotiatores tui in multitudine negotiatorum tuorum, in commisto tuo. Et repleta es, et aggravata es valde in corde maris : 26. in aqua multa adduxerunt te ductores remorum tuorum, spiritus austri confregit te in corde maris : 27. erant virtutes tuæ, et merces tua, et commistorum tuorum, et ductores remorum tuorum, et gubernatores tui, et consiliarii tui, et commisti tui ex commistis tuis, et omnes bellatores tui, qui in te : et omnis cœtus tuus, ※ qui ⁚ in medio tui, cadent in corde maris :

(q) *S.*, ab eo quod non sit egredi a te. (r) *Th.*, et dabo robur in terra viventium. (s) *S.*, perfecta in decore. *Th.*, corona decoris. (t) *S.*, vicini tui, et qui ædificant te, perfecerunt decorem tuum. (u) *S.*, velum. (x) *Th.*, Hebraice; Gæbal, ΓΑΒΑΑ. *S.*, solventes mixturam tuam. (y) *S.*, sed et Medi. *Th.*, et Guma dim. *A.*, Sun est, et non est (quo hæc obscura pertineant, non intelligo). (z) *S.*, varie intextæ purpuræ. (*) ב in Hebr. et in Syr. servile est, significatque, *in*. Theodotio : ἐν ναφέχ. Cf. supra notam ad hunc locum. Syriaca vox textus nostri, non *benafeg*, sed *in nafeg* vertenda est. Drach. (**) Syr. scriptor, ut nobis videtur, posuit ד pro ר, et Ramoth legendum. Drach. (a) *S.*, in vino pingui, et in lana splendida. Et Dan, et Javan, vadentes ad nundinas tuas, addiderunt ferrum : stacte, et calamus commercia tua fuerunt. (b) Et purpuras.

in die ruinæ tuæ, 28. ad vocem clamoris tui gubernatores tui (c) timendo timebunt. 29. Et descendent de navibus suis omnes ductores remorum tuorum, et epibatæ, et sedentes in prora navis maris super terram stabunt, 30. et ululabunt super te voce sua, et clamabunt amare, et jacient pulverem super caput suum, et cinerem sternent sibi. 31. ※ Et decalvabunt super te calvities, et accingent saccos, et flebunt pro te in amaritudinibus animæ, et planctum amarum : 32. sument super te filii eorum lamentationem, lamentum Tyri : quis sicut Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? ⁚ 33, Quantam, quam mercedem invenisti de mari? saturasti gentes ex multitudine tua, et a commisto tuo ditasti omnes reges terræ. 34. Nunc confracta es in mari, in profundo aquæ commistum tui, et omnis cœtus tuus in medio tui. 35. Ceciderunt omnes ductores remorum tuorum, omnes habitantes in insulis contristati sunt super te, et reges eorum stupore obstupuerunt (d), et lacrimata est facies eorum super te. 36. Negotiatores e gentibus sibilaverunt super te : perditio facta es, et non amplius eris in sæculum, dicit Adonai Dominus.

CAP. XXVIII.—1. Super principes Tyri. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Et tu, fili hominis, dic principi Tyri : Hæc dicit Dominus Dominus : Pro eo quod elevatum est cor tuum, et dixisti : Deus sum ego, habitaculum Dei inhabitavi in corde maris, tu autem es homo, et non Deus, et dedisti cor tuum, sicut cor Dei; 3. numquid sapiens es plus quam Daniel? aut (e) sapientes non erudierunt te in scientia sua? 4. Nunquid in scientia tua, aut in sagacitate tua fecisti tibi fortitudinem, et fecisti aurum, et argentum in thesauris tuis? 5. aut in scientia tua multa, et in negotiatione multiplicasti fortitudinem tuam : elatum est cor tuum in fortitudine tua. 6. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus : Quia dedisti cor tuum, sicut cor Dei, 7. pro hoc ecce ego adduco super te corruptores alienos e gentibus, et evacuabunt gladios suos super te, et super decorem scientiæ tuæ, et sternent decorem tuum in perditionem, 8. et descendere facient te, et morieris morte occisorum in corde maris. 9. Numquid dicendo dices : Deus sum ego, coram occidentibus te? tu autem es homo, et non Deus in multitudine homicidarum tuorum. 10. Mortibus incircumcisorum morieris in manibus alienorum, quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 12. Fili hominis, sume lamentationem super principem Tyri, et dic ei : Hæc dicit Dominus Dominus : Tu es sigillum (f) similitudinis, ※ plenus sapientia ⁚, et corona decoris 13. in voluptate faciei Dei fuisti, omnem lapidem bonum cingens, sardium, et topazium, et smaragdum, et carbunculum, et saphirum, et jaspidem, ÷ et argentum, et aurum ⁚, et ligurium, et achaten, et amethystum, et chrysolithum, et beryllum, et onychem, et auro implevisti thesauros tuos, et horrea tua tibi. 14. A die, quo creatus es, ※ (g) præpararunt ⁚ cum ※ Cherub uncto, commoranti in tabernaculo ⁚ : et dedi te in monte sancto Dei, factus es in medio lapidum igneorum. 15. Fuisti sine macula tu in diebus tuis, a die, quo tu creatus es, donec inventæ sunt injustitiæ tuæ in te. 16. A multitudine negotiationis tuæ implevisti (h) cellaria tua iniquitate, et peccasti, et percussus es a monte Dei : et adduxit te Cherub ※ obumbrans ⁚ de medio lapidum igneorum. 17. Elatum est cor tuum super decore tuo, corrupta est scientia tua cum decore tuo : ÷ propter multitudinem peccatorum tuorum ⁚ super terram projeci te, coram regibus dedi te, ut illuderis. 18. Propter multitudinem (i) peccatorum tuorum, et injustitiarum negotiationis tuæ (k) pollui (l) sacra tua, et educam ignem de medio tui, hic devorabit te : et dabo te in cinerem super terra tua coram omnibus videntibus te. 19. Et omnes, qui noverunt te in gentibus, contristabuntur super te : perditio factus es, et non exsistes amplius in sæculum. 20. Super Sidonem. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 21. Fili hominis, pone faciem tuam super Sidonem, et propheta super eam, 22. et dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego super te, Sidon, et glorificabor in te, et scies, quia ego ÷ sum ⁚ Dominus, quando fecero in te judicia, et sanctificabor in te. 23. Et mittam super te mortem, et sanguinem in plateis tuis, et cadent occisi ※ in medio ejus ⁚ in gladiis in te circa te, et scient, quia ego sum Dominus. 24. Et non erit amplius in domo Israelis stimulus amaritudinis, et spina miseriæ ab omnibus, qui circa eos, qui spreverunt eos, et scient, quia ego sum Adonai Dominus. 25. Hæc dicit Adonai Dominus : Et congregabo domum Israelis ex gentibus, quo dispersi sunt illuc, et sanctificabor in eis coram gentibus et populis. 26. Et habitabunt super terra sua, quam dedi servo meo Jacobo, et habitabunt super ea in spe, et ædificabunt domos, et plantabunt vineas, et habitabunt in spe, cum fecero judicium in omnibus, qui contemserint eos in circuitu eorum, et scient, quod ego sum Dominus Deus eorum, et Deus patrum eorum.

CAP. XXIX. —1. Super Ægyptum et Pharaonem. In anno (m) decimo, in mense decimo, uno mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, obfirma faciem tuam super Pharaonem regem Ægypti, et propheta super eum, et super Ægyptum omnem, 3. ※ loquere et ⁚ dic : Hæc

(c) S., commovebuntur, qui procul. Th., commovebuntur regiones. (d) S., permutabuntur imagines facierum mercatorum. (e) S., omne ineffabile non transiit te. In sapientia tua, et in intelligentia tua. (f) Th., præparationis. (g) S., stabilitum est. (h) S., medium tui. (i) Iniquitatis tuæ. (k) Polluisti. (l) Sanctuarium tuum. (m) Duodecimo, in mense duodecimo.

dicit Dominus Dominus : Ecce ego super te, Pharao, A ※ rex Ægypti ⁝, draconem magnum, sedentem in medio fluminum (n) suorum, dicentem : Mea sunt flumina, et ego feci ea. 4. Et ego dabo (o) laqueum in maxillas tuas, et agglutinabo pisces fluminis tui ad alas tuas, et educam te de medio fluminis tui, et omnes pisces fluminis squamis tuis adhærebunt. 5. Et projiciam te velociter, ※ et te ⁝, et omnes pisces fluminis : super faciem campi tui cades, et non congregaberis, neque colligeris : bestiis terræ, et volucribus cœli dedi te in cibum. 6. Et cognoscent omnes inhabitantes Ægyptum, quia ego sum Dominus, pro eo quod factus es virga arundinea domui Israelis : 7. cum apprehenderunt te manu sua, confractus es, et cum prævaluit super eos omnis manus, et quando requieverunt super te, B confractus es, et contrivisti omnem lumbum eorum. 8. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego induco super te gladium, et perdam de te homines et jumenta. 9. Et erit terra Ægypti perditio, et solitudo : et scient, quod ego sum Dominus : pro eo quod dicis : Flumina mea sunt, et ego feci ea. 10. Propter hoc ecce ego super te, et super omnia flumina tua, et dabo terram Ægypti in solitudinem, et in gladium, et in perditionem, a Magdol, et Suinus, et usque ad terminos Æthiopum. 11. Non transibit in ea pes hominis, et pes jumenti non transibit eam, et non habitabitur quadraginta annos. 12. Et dabo terram ejus perditionem in medio terræ desertæ, et urbes ejus in medio urbium deser- C tarum erunt ※ corruptio ⁝ quadraginta annos : et disseminabo Ægyptum in gentibus, et ventilabo eos in regiones. 13. Quia hæc dicit Dominus Dominus : Post quadraginta annos congregabo Ægyptios ex gentibus, quo dispersi erant illuc : 14. et reducam captivitatem Ægyptiorum, et habitare faciam eos in terra Pathros (p), in terra, unde sumti sunt, et erit ※ ibi ⁝ principatus humilis : 15. plus quam omnes principatus erit ※ humilis ⁝, non se efferet amplius super gentes, et paucos eos faciam, ne sint plures inter gentes : 16. et non erunt amplius domui Israelis in spem, in memoriam revocantem iniquitatem (q), cum adhærescunt post corda eorum, et scient, quod ego sum Adonai Dominus. 17. Et factum est in anno vigesimo et septimo, uno men- D sis primi, factum est verbum Domini ad me, dicens : 18. Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis (r) servire fecit exercitum suum, servitute magna super Tyrum, (s) omne caput calvum, et omnis humerus depilatus : et merces non fuit ei, et exercitui ejus super Tyrum, et servitutis, quam coluerunt super eam. 19. ※ Propter hoc ⁝ hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ※ ego ⁝ do Nabuchodonosori regi Babylonis ※ τὴν ⁝ terram Ægypti, et sumet multitudinem ejus, et prædabitur prædam ejus, et captivam ducet captivitatem ejus ; et erit merces virtuti ejus : 20. (*) pro servitu ejus, quo cultu servitutis servivit super Tyrum, dedi ei terram Ægypti, ※ pro ⁝ omnibus, quæ fecerunt mihi. ÷ Hæc ⁝ dicit Dominus Dominus : 21. In die illo orietur cornu omni domui Israelis, et tibi dabo os apertum in medio eorum, et scient, quod ego sum Dominus.

Cap. XXX. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, propheta, et dic : Hæc dicit Adonai Dominus : O, o dies, 3. quia propinquus dies, et propinquus dies Domini, dies ※ nubis ⁝, finis gentium erit. 4. Et veniet gladius super Ægyptios, et erit perturbatio in Æthiopia, et cadent occisi in Ægypto, ※ et capient multitudinem ejus ⁝, et cadent simul fundamenta ejus. 5. Persæ, et Cretenses, et Lydi, et Libyes, et omnes commisti, et filiorum testamenti mei, ipso gladio cadent. 6. ※ Hæc dicit Adonai Dominus ⁝ : et cadent sustentacula Ægypti, et descendet contumelia fortitudinis ejus a Magdol ÷ usque ad Suna ⁝ gladio cadent in ea, dicit Adonai Dominus. 7. Et desolabitur in medio regionum ※ depravatarum ⁝, et urbes eorum in medio urbium desolatarum erunt, 8. et scient, quod ego sum Dominus, quando dedero ignem super Ægyptum, et contriti fuerint omnes, qui auxiliantur ei. 9. In die illo egredientur nuntii ※ a facie mea Assim ⁝ festinantes depravare Æthiopiam ※ τὴν spem ⁝, et erit perturbatio in eis in die Ægypti, quia ecce venit. 10. Hæc dicit Dominus Dominus : Et disperdam multitudinem Ægyptiorum per manum Nabuchodonosoris regis Babylonis, 11. ipsius, et populi ejus ※ cum eo ⁝, corruptores, qui e gentibus missi sunt ad perdendum terram : et evacuabunt ÷ omnes ⁝ gladios suos super Ægyptum, et replebitur terra occisis : 12. et dabo flumina eorum deserta, ※ et tradam terram in manu malorum ⁝, et disperdam terram, et plenitudinem eorum cum plenitudine ejus, in manibus alienorum, quia ego Dominus locutus sum. 13. Quia hæc dicit Dominus Dominus : Et perdam abominationes, et cessare faciam optimates de Memphis, et principes de terra Ægypti, et non erunt amplius : ※ et dabo terrorem ex terra Ægypti ⁝. 14. Et disperdam terram Pathros, et dabo ignem super Tanin, et faciam ultionem in Diospoli. 15. Et effundam furorem meum super Sain robur Ægypti, et disperdam multitudinem Mempheos, 16. et dabo ignem super Ægyptum, et perturbatione perturbabitur Sais, et in Diospoli erit scissura, et diffundentur aquæ. 17. Juvenes urbis solis, et Bubasti, in gladio cadent, et mulieres in captivitate ibunt, 18. et in Thaphis obtenebrescet dies, quando contrivero ibi sceptra regni Ægypti, et peribit ibi contumelia roboris ejus, et hanc nubes operiet, et filiæ ejus captivæ ducentur. 19. Et faciam judicia in Ægypto,

(n) Ægypti. (o) *Th.*, frenum. (p) *Th.*, in terra nativitatis eorum. (q) *S.*, cum confugiunt, ut adhæreant eis. (r) *S.*, colere fecit exercitum suum opus magnum in Tyro. (s) Omne caput calvities. (*) Ab hoc versu usque ad Cap. XXXI, 7, margo codicis cum omnibus suis notis præcisus est.

et scient, quod ego sum Dominus. 20. Et factum est in anno undecimo, in mense primo, septimo mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: 21. Fili hominis, brachia Pharaonis regis Ægypti contrivi, et ecce non obligatus est, ad dandum ei medelam, ut daretur super eum malagma, ad dandum robur, ut teneret gladium. 22. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super Pharaonem regem Ægypti, et conteram brachia ejus fortia, et disposita, ※ et eos ↙ qui contriti, et dejiciam gladium de manu ejus: 23. et disseminabo ※ τὴν ↙ Ægyptum in gentes, et ventilabo eos in regiones: 24. et corroborabo brachia regis Babylonis, et dabo gladium meum in manum ejus, et inducet eum super Ægyptum, et deportabit captivitatem ejus, et prædabitur prædam ejus. 25. Et corroborabo brachia regis Babylonis; brachia autem Pharaonis cadent. Et scient, quod ego sum Dominus, cum dedero gladium meum in manus regis Babylonis, et eduxerit eum super terram Ægypti. 26. Et disseminabo ※ τὴν ↙ Ægyptum in gentes, et ventilabo eos in regiones, et scient ÷ omnes Ægyptii ↙, quod ego sum Dominus.

Cap. XXXI. — 1. Et ecce in anno undecimo, in mense tertio, uno mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, dic ad Pharaonem regem Ægypti, et multitudini ejus: Cui assimilasti te in altitudine tua? 3. Ecce Assur cyparissus in Libano, et pulcher virgultis, ※ et densus in umbraculo ↙, et excelsus magnitudine, et in medio nubium factum est principium ejus. 4. Aqua nutrivit eum, abyssus exaltavit eum, fluvios suos eduxit circa plantas suas, et lacunas emisit in omnia ligna campi. 5. Propter hoc elevata est magnitudo ejus plus, quam omnia ligni campi, et dilatati sunt rami ejus, et se extulerunt virgulta ejus super aquam multam, ※ cum se extenderet ↙. 6. In virgultis ejus nidificarunt omnes volucres cœli, et sub ramis ejus genuerunt omnes bestiæ campi, in umbra ejus habitavit omnis multitudo gentium. 7. Et erat pulcher in altitudine sua propter longitudinem ramorum suorum, quia erant radices ejus in aqua multa. 8. Et cyparissi non (*t*) tales in paradiso Dei, et cedri non similes virgultis ejus, et abietes non fuerunt similes ramis ejus: omne lignum in paradiso Dei non assimilatum est ei in pulchritudine sua, 9. (*u*) propter multitudinem ramorum ejus: (*x*) et æmulata sunt eam omnia ligna paradisi jucunditatis ※ Dei ↙. 10. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus: Pro eo quod factus es magnus magnitudine, et dedisti principium tuum in medium (*y*) nubium (*z*), et vidi, cum exaltaretur, 11. et tradidi eum in manus principis gentium, et fecit perditionem ejus: juxta impietates ejus ※ ejiciam

A eum ↙. 12. Et perdiderunt eum, et deleverunt eum alieni corruptores de gentibus, et dejecerunt eum super montibus: in omnibus convallibus ceciderunt rami ejus, et contritæ sunt propagines ejus (*a*) in omni campo terræ, et descenderunt de umbraculo (*b*) ejus omnes gentes populorum, (*c*) et diruerunt eum. 13. Super ruinam ejus requieverunt omnes volucres cœli, et super propagines ejus fuerunt omnes bestiæ arvi, 14. ut ne se efferant super magnitudine sua omnia ligna, quæ in aqua: et non dederunt principium suum in medium nubium, nec steterunt ※ ad ea ↙ in altitudine sua omnes bibentes aquam; quia omnes dati sunt in mortem, in profundum terræ in medio filiorum hominum, ad eos, qui descendunt in foveam. 15. Hæc dicit Do-

B minus (*d*) Dominus: In die, quo descendit in infernum, (*e*) feci lugere, constitui super eum abyssum: et cohibui flumina ejus, et cohibui multitudinem aquæ: et obtenebratus est super eum Libanus, omnia ligna campi super eo (*f*) dissoluta sunt. 16. A voce ruinæ ejus tremuerunt gentes, cum descendere facerent eum in infernum cum descendentibus in foveam: (*g*) et consolabantur eum in terra intima omnia ligna deliciarum, et electa, ※ et pulchra ↙ Libani omnia, quæ bibunt aquam. 17. Etenim isti cum eo descenderunt in infernum in occisis a gladio, et semen ejus, habitantes sub umbraculo ejus in medio vitæ suæ perierunt. 18. Cui assimilatus es ※ Th., in fortitudine, et

C in gloria, et in magnitudine in lignis deliciarum? ↙ et descende, et deducere cum lignis deliciarum in profundum terræ: in medio non circumcisorum dormies cum occisis gladio. Sic Pharao, et omnis multitudo ÷ fortitudinis ↙ ejus, dicit Dominus Dominus.

Cap. XXXII. — 1. Et factum est in anno duodecimo, in mense decimo, uno mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, et dices ei: (*h*) Leoni gentium assimilatus es tu, et sicut draco in mari, et cornupetebas fluminibus tuis, et conturbabas aquam pedibus tuis, (*i*) et conculcabas flumina tua. 3. Hæc dicit Dominus Dominus: Et jaciam super te retia ※ mea, in cœtu ↙ gentium

D multarum, et extraham te in hamo meo, 4. (*k*) et extendam te super terram: campi implebuntur te, et subsidere faciam super te omnes volucres cœli, et saturabo de te omnes bestias omnis terræ: 5. et dabo carnem tuam super montes, et implebo ※ valles ↙ (*l*) de sanguine tuo, 6. et irrigabitur terra (*m*) stercoribus tuis a multitudine tua super montibus: valles implebo te, 7. et cooperiam, cum exstinctus fueris, cœlum, et tenebrescere faciam stellas ejus, solem in nube operiam, et luna non

(*t*) Non superarunt eam. (*u*) *Th.*, pulchram feci eam in multitudine ramorum ejus. (*x*) *S.*, ita ut æmularentur ei. (*y*) *S.*, opaca. *Th.*, spissa. (*z*) Et elatum est cor ejus super altitudine sua. (*a*) *S.*, et consummabunt. *Th.*, in omnibus incultis terræ. (*b*) Eorum. (*c*) Et relinquent eum. (*d*) Adonai. (*e*) *S.*, feci lugere. (*f*) *S.*, mutarunt speciem. (*g*) *S.*, et consolationem accepit. (*h*) *S.*, perditori. (*i*) *S.*, calcitrabas. (*k*) *Th.*, et conteram te. (*l*) *S.*, vermiculis tuis. (*m*) *S.*, stercus tuum sanguinis tui.

lucere faciet lumen ejus. 8. Omnia lucere facientia lumen cœli obtenebrescent super te, et dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Dominus. 9. Et irritabo cor gentium multarum, cum adduxero captivitatem tuam in gentes, in terram quam non novisti. 10. (n) Et contristabuntur super te gentes multæ, et reges eorum (o) stupore ※ super te ⁚ stupescent, cum volaverit gladius meus super facies eorum, (p) exspectantes ruinam suam a die ruinæ tuæ. 11. Quia hæc dicit Dominus Dominus: Gladius regis Babylonis veniet tibi, 12. in gladiis gigantum, et dejiciam fortitudinem tuam: corruptores omnes de gentibus, et perdent contumeliam Ægypti, et conteretur omnis fortitudo ejus. 13. Et perdam omne jumentum ejus ab aqua multa, (q) et non perturbabit eam pes hominis, et vestigium jumenti non conculcabit eam. 14. ÷ Sic ⁚ tunc quiescent aquæ eorum, et flumina eorum quasi oleum fluent, dicit Adonai Dominus. 15. Cum dedero Ægyptum in perditionem, et vastata fuerit terra cum plenitudine sua, cum dispersero omnes habitantes in ea, et scient, quia ego sum Dominus. 16. Lamentatio est, et lamentabuntur eam, et filiæ gentium lamentabuntur eam super Ægyptum, et super omnem fortitudinem ejus lamentabuntur eam, dicit Dominus Dominus. 17. Et factum est in anno duodecimo, in mense primo, quindecimo mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: 18. Fili hominis, (r) lamentare lamentationem super fortitudinem Ægypti, et descendere facient filias ejus gentes mortuas in profundum terræ, ad eos, qui descendunt in foveam. 19. ※ Ab aquis pulchris decore ⁚ descende, et dormi cum non circumcisis, in medio occisorum gladio cadent cum eo, 20. et dormiet omne robur ejus. 21. Et dicent tibi gigantes: In profundo foveæ esto: quo melior es? descende, et dormi cum non circumcisis in medio occisorum gladiis. 22. Ibi Assur, et omnis congregatio ejus, ÷ omnes ⁚ occisi ibi dati sunt, et sepulcrum eorum in profundo foveæ: et facta est ÷ congregatio ejus ⁚, circa sepulcrum ejus omnes occisi, qui ceciderunt gladio: 23. ※ qui dederunt sepulcra ejus in lateribus foveæ: (s) et factus est cœtus circa sepulcrum ejus: omnes occisi, cadentes gladio ⁚ qui dederunt timorem suum super terra vitæ. 24. Ibi Ælam, et omnis fortitudo ejus circa sepulcrum ejus: omnes occisi, qui ceciderunt gladio, et qui descendunt non circumcisi in profundum terræ, qui dederunt timorem suum super terra vitæ, et acceperunt tormentum suum cum iis, qui descendunt in foveam 25. in medio occisorum. 26. Ibi dati sunt Mosoch, et Thobel, et omne robur ejus circa sepulcrum ejus, omnes occisi ejus, omnes

A non circumcisi, occisi a gladio, qui dederunt terrorem suum super terra vitæ. 27. ※ Et non ⁚ dormierunt cum gigantibus, qui ceciderunt ab æterno, qui descenderunt in infernum in armis ※ eorum ⁚ bellicis, (t) et posuerunt gladios suos sub capitibus suis, et factæ sunt iniquitates eorum super ossibus eorum, quia terruerunt fortes in vita sua. 28. Et tu in medio non circumcisorum ※ontereris ⁚, et dormies cum occisis gladio. 29. Ibi (u) Edom, ※ et reges ejus ⁚, et omnes principes ejus, qui dederunt robur suum in percussionem gladii: isti cum occisis dormierunt, cum descendentibus in foveam. 30. Ibi (x) principes aquilonis, omnes duces Assur, descendentes occisi (y) cum terrore suo, et in robore suo ※ confusi ⁚ dormierunt non circumcisi
B cum occisis gladio, et acceperunt tormentum suum cum descendentibus in foveam. 31. Eos videbit Pharao, et consolationem accipiet cum omni robore eorum, ※ occisi gladio Pharaonis, et omnis potentia ejus ⁚, dicit Dominus Dominus. 32. Quia dedi metum ejus super terra vitæ, et dormiet in medio non circumcisorum cum occisis gladio Pharao, et omnis multitudo ejus, dicit Dominus Dominus.

Cap. XXXIII. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, loquere filiis populi tui, et dices ad eos: Terra, super quam induxero gladium, et sumserit populus ejus terræ hominem unum (z) ex eis, et dederint eum sibi in
C speculatorem, 3. et viderit gladium venientem super terram, et clauxerit tuba, et significaverit populo, 4. et audiverit audiens vocem tubæ, et non se custodiverit, et venerit super eum gladius, et apprehenderit eum, sanguis ejus super caput ipsius erit; 5. quia vocem tubæ cum audivit, non se custodivit, sanguis ejus super eum erit: et hic, quia se custodivit, animam suam liberavit. 6. Et speculator si viderit gladium venientem, et non significaverit per tubam, et populus non se custodiverit, et cum venit gladius, tulerit ex eis animam, illa propter iniquitatem suam capta est, et sanguinem e manu speculatoris requiram. 7. Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israelis, et audies ex ore meo verbum, ※ et custodies eos a me ⁚. 8. Cum dico
D peccatori: ※ Peccator ⁚, morte morieris, et non locutus fueris, ut se custodiat impius a via sua, ille iniquus in iniquitate sua morietur; sanguinem autem ejus e manu tua requiram. 9. Tu vero si præveneris annuntiaveris impio viam suam, ut se avertat ab ea, et non se averterit a via sua, hic impietate sua morietur, et tu animam tuam liberasti. 10. Et tu, fili hominis, dic domui Israelis: Sic locuti estis, dicentes: Errores nostri, et iniqui-

(n) S., et stupescere faciam propter te gentes multas. (o) S., se eriget capillus eorum. *Th.*, inhorrescent. (p) S., et obstupescent propter hæc, quæ subito fient, unusquisque propter animam suam. (q) S., ita ut non perturbet. (r) S., *Th.*, dic canticum de multitudine Ægypti, et inclinans prolonga eam, et filias gentium discerne in turmam. (s) S., facta est multitudo ejus uniuscujusque circa sepulcra ejus. (t) S., et ponentur gladii eorum sub capitibus eorum. (u) Dati sunt. (x) S., uncti. (y) S., cum victi sunt a robore suo. (z) *Th.*, a parte eorum.

tates nostræ super nos sunt, et in eis nos liquescimus, et quomodo vivemus? 11. dic eis : Vivo ego, dicit Adonai Dominus, non volo mortem impii, sicut illud, ut se avertat impius a via sua, et vivat : revertendo revertimini a via vestra ※ mala : et quare moriemini ↙, domus Israelis? 12. ※ Et tu, fili hominis ↙, dic ad filios populi tui : Justitia justi non liberabit eum in die, quo erraverit : et iniquitas (*a*) iniqui non (*b*) nocebit ei in die, quo se converterit ab iniquitate sua : et justus non poterit (*c*) salvari ※ in die peccati sui ↙. 13. Cum dixero justo, Vita vives, et hic confidens super justitia sua, et fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus non memorabuntur, in injustitia sua, quam fecit, in ea morietur. 14. Et cum dixero impio, Morte morieris, et se averterit a peccato suo, et fecerit judicium, et justitiam, 15. et pignus debitoris reddiderit, et rapinam rependerit, in præceptis vitæ ambulaverit, ut ne faciat injustum, vita vivet, et non morietur. 16. Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non memorabuntur ※ ei ↙ : quia judicium et justitiam fecit, in eis vivet. 17. Et dicent filii populi tui : (*d*) Non recta via Domini : et hæc via eorum (*e*) non recta. ※ Audite autem, domus Israelis : num via mea non recta non fuit? viæ vestræ non rectæ ↙. 18. Cum se averterit justus a justitia sua, et fecerit (*f*) iniquitates, et morietur in eis. 19. Et cum se averterit (*g*) peccator ab iniquitate sua, et fecerit judicium et justitiam, in eis ipse vivet. 20. Et hoc est, quod dixistis : Non recta via Domini : unumquemque (*h*) juxta vias ejus judicabo vos, domus Israelis. 21. Et factum est in anno (*i*) decimo, in mense duodecimo, quinto mensis captivitatis nostræ, venit ad me, qui salvatus fuit de Jerusalem, dicens : Subacta est urbs. 22. Et manus Domini facta est super me vespere, antequam veniret, et aperuit os meum, donec venit ad me mane : et cum apertum est os meum, non se continuit amplius. 23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 24. Fili hominis, qui habitant in desertis ※ istis ↙ super terra Israelis, dicunt ※ dicentes ↙ : Unus erat Abraham, et tenuit terram : et nos multi ÷ sumus ↙, nobis data est terra in possessionem. 25. Propter hoc dic (*k*) eis : Hæc dicit Dominus Dominus : ※ Super sanguine comeditis, et oculos vestros tollitis ad idola vestra, et sanguinem effunditis : et terram hæreditabitis? 26. Stetistis super gladiis vestris, fecistis abominationes, et unusquisque uxorem proximi sui polluistis : et terram hæreditabitis? 27. Sic propter hoc dic (*l*) ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus ↙ : Vivo ego, nisi qui habitant in desertis, gladio cadent, et qui super facie campi, bestiis arvi dabuntur in cibum, et eos, qui in munitis, et eos, qui in speluncis, morte occidam. 28. Et dabo ter-

A ram desertam et desolatam, (*m*) et peribit contumelia roboris ejus, et vastabuntur montes Israelis, propter id quod non sit, qui ambulet in eis. 29. Et scient, quia ego sum Dominus : et faciam terram eorum desertam, et vastabitur propter omnes abominationes eorum, quas fecerunt. 30. Et tu, fili hominis, filii populi tui loquentes de te juxta muros, et in liminibus domorum, et loquuntur unus ※ cum uno ↙ homo fratri (*n*) eorum, dicentes : Accedamus, et audiamus ※ verba ↙ quæ egrediuntur a Domino. 31. Et veniunt ad te, sicut venit simul populus, et sedent contra te ※ populus meus ↙, et audiunt verba tua, et ea non facient; (*o*) quia mendacium in ore eorum ※ illi faciunt ↙, et post abo-

B minationes eorum cor eorum ※ ambulat ↙. 32. Et sis eis, sicut vox citharæ suavis sono, bene concinnæ, et audient verba tua, et non facient ea, ※ quia mendacium in ore eorum ↙. 33. Et cum venerint, ÷ dicent ↙, ecce veniunt, et scient, quod propheta erat in medio eorum

Cap. XXXIV. — 1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, propheta super pastores Israelis, propheta, et dic ※ (*p*) ad eos ↙ pastoribus : Hæc dicit Dominus Dominus : O pastores Israelis, num quid pascunt pastores semetipsos? nonne oves pascunt pastores? 3. Ecce lac comeditis, et lana vos tegitis, et crassum mactatis, et oves meas non pascitis? 4. Quod infirmum non confortastis, ※ et quod ægrotum non sanastis ↙, et quod

C confractum non alligastis, et quod errabat non reduxistis, et quod perierat non quæsivistis, (*q*) et quod forte fatigastis ※ ea ↙ labore. 5. Et dispersæ sunt oves meæ, quia non sunt pastores, et factæ sunt in cibum omnibus bestiis arvi (*r*). 6. (*s*) Et disseminatæ sunt, ※ et non noverunt ↙ oves meæ in omni monte, et super omnem collem excelsum, ※ et super omni facie terræ disseminatæ sunt oves meæ ↙, et non erat, qui requireret, neque qui reduceret. 7. Propter hoc, pastores, audite ※ τὸν ↙ (λόγον) verbum Domini. 8. Vivo ego, dicit (*t*) Adonai Dominus, nisi pro eo quod factæ sunt oves meæ in prædam, et factæ sunt oves meæ in cibum omnibus bestiis campi, eo quod non erant pastores, (*u*) et non quæsierunt pastores oves meas, et paverunt

D pastores semetipsos, oves autem meas non paverunt; 9. ※ pro hoc, pastores, audite verbum Domini ↙ : 10. hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego super pastores, et requiram oves meas de manibus eorum, et avertam eos, ne pascant oves meas, et non pascent eas amplius pastores : et liberabo oves meas ex ore eorum, et non erunt eis in cibum. 11. Quia hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ※ ipse ↙ ego requiram oves meas, et visitabo eas. 12. Sicut quærit pastor gregem suum, in die quando fuerit

(*a*) Impii. (*b*) Occidet eum. (*c*) Vivere. (*d*) *S.*, non firmata. (*e*) *A.*, non stabilita. (*f*) Delictum. (*g*) Iniquus. (*h*) Sicut. (*i*) Duodecimo. (*k*) Ad eos. (*l*) Eis. (*m*) *S.*, et peribit superbia. (*n*) Ejus. (*o*) *S.*, quia canticum in ore eorum. *Th.*, quia suaviter. (*p*) Pastoribus. (*q*) *S.*, et cum potestate imperabatis eis, dum in deliciis vivebatis. *Th.*, et in potestate erudivistis. (*r*) Et volucribus cœli. (*s*) *S.*, et non noverunt, et erraverunt. (*t*) Dominus. (*u*) *S.*, non enim quæsierunt.

caligo, et nubes (x) in medio ovium ejus separatarum, sic requiram oves meas, (y) et eripiam eas ex omni loco, quo dispersæ sunt illuc in die nubis et caliginis. 13. Et educam eos ex gentibus, et colligam eos ex regionibus, et introducam eos in terram suam, et pascam eos super montes Israelis, et in vallibus, et in omni habitatione terræ: 14. in pascuo bono pascam eos, in monte excelso Israelis, et erunt caulæ eorum ibi, ÷ et dormient, et ibi ⁚ requiescent in deliciis bonis, et in pascuo pingui pascentur super montibus Israelis. 15. Ego pascam oves meas, et ego faciam requiescere eas, ÷ et scient, quod ego sum Dominus ⁚ : hæc dicit Dominus Dominus. 16. Quod perierat, requiram, et quod errabat, reducam, et quod confractum, alligabo, et quod imbecillum, corroborabo, ※ et quod pingue ⁚, et quod forte, custodiam, et pascam eas cum judicio. 17. Et vos, oves meæ, hæc dicit Dominus Dominus: ecce ego dijudicabo inter ovem et ovem, arietum et hircorum. 18. Et nonne sufficiens vobis, quod pascuum pulchrum depascebatis, (z) et residuum pascui vestri conculcabatis pedibus vestris, et aquam limpidam bibebatis, et residuum pedibus vestris turbabatis? 19. Et oves meæ conculcationes pedum vestrorum pascebant, et aquam a pedibus vestris turbatam bibebant. 20. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus ※ ad eos ⁚: Ecce ego dijudicabo inter ovem fortem, et inter ovem infirmam. 21. In lateribus, et in humeris vestris prosternebatis, et cornibus vestris cornupetebatis, omne quod defecit ※ donec ⁚ contrivistis eas ※ foras ⁚. 22. Et salvabo oves meas, et non erunt amplius in prædam, et judicabo inter arietem ad arietem, 23. et constituam super eos pastorem unum, et pascet eos, servum meum Davidem: ※ ille pascet eos ⁚, et erit pastor eorum: 24. et ego Dominus ero eis in Deum, et David in medio eorum princeps. Ego Dominus locutus sum. 25. Et constituam Davidi testamentum pacis, et perdam bestias malas de terra, et habitabunt in deserto ※ (a) in confidentia ⁚, et dormient in silvis. 26. Et dabo eos in circuitu montis mei ※ (b) benedictionem ⁚: et dabo pluviam vobis, pluviam benedictionis ※ erunt ⁚. 27. Et ligna quæ in campo, dabunt fructum suum, et terra dabit virtutem suam: et habitabunt super terra sua (c) in spe pacis, et scient, quod ego sum Dominus, cum contrivero vinculum jugi eorum: et eripiam eos de manu eorum, qui fecerunt servire eos. 28. Et non erunt amplius in prædam gentibus, et bestiæ terræ non amplius (d) devorabunt eos: et habitabunt in spe, et non erit, qui exterreat eos. 29. Et suscitabo eis plantationem pacis, et non amplius erunt pereuntes fame (e) in terra, neque portabunt amplius opprobrium gentium, 30. et scient, quod ego sum Dominus Deus eorum ※ cum eis ⁚, et illi populus meus: domus Israelis, dicit Dominus Dominus. 31. Et vos oves meæ, et oves gregis mei, ※ homines estis ⁚, et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Dominus.

Cap. XXXV. — 1. Super Seir. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: 2. Fili hominis, converte faciem tuam super montem Seir, et propheta super eum, 3. et dic ei: Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super te, mons Seir, et extendam manum meam super te, et dabo te (f) desertum, et vastaberis: 4. et in urbibus tuis desolationem faciam, et tu desertum eris, et scies, quod ego sum Dominus. 5. Pro eo quod fueris inimicitia sempiterna, (g) et sederis in domo Israelis in dolo, in manu inimicorum gladius in tempore afflictionis eorum, in tempore (h) injustitiæ, ad finem: 6. propter hoc vivo ego, dicit Dominus Dominus, nisi (i. e., quoniam. Et ita mox) in sanguinem peccasti, et sanguis persequetur te, ※ nisi sanguinem odio habuisti, et sanguis persequetur te ⁚. 7. Et dabo montem Seir in desertum et vastatum, et disperdam de eo homines et jumenta, 8. et implebo ※ montes ejus ⁚ occisis tuis, et colles tuos, et valles tuas, et in omnibus campis tuis occisi gladio cadent in te. 9. Desertum sempiternum ponam te, et urbes tuæ non habitabuntur amplius, et scies, quod ego sum Dominus. 10. Quia dixisti: Duæ gentes, et duæ regiones meæ erunt, et hæreditabo eas, (i) et Dominus ibi est: 11. propter hoc vivo ego, dicit Dominus Dominus, et faciam tibi secundum inimicitiam tuam, ※ et secundum zelum tuum, quem fecisti, eo quod odisti in eis ⁚, et innotescam tibi, cum judicavero te, 12. et scies, quod ego sum Dominus: audivi vocem blasphemiarum tuarum, et dixisti: Montes Israelis, ※ dicens ⁚, deserti nobis dati sunt in cibum, 13. et superbe elatus es super me ore tuo, ※ (k) et clamastis super me verba vestra ⁚, ego audivi. 14. Hæc dicit Dominus Dominus: In lætitias omnis terræ desertum te faciam. 15. ※ Sicut gavisus es in hæreditatem Israelis, quia corrupta est, sic faciam tibi ⁚: desertum eris, mons Seir, et omnis Idumæa consumentur, et scient, quod ego sum Dominus Deus eorum.

Cap. XXXVI. — 1. Et tu, fili hominis, propheta super montes Israelis, et dic montibus Israelis: Audite verbum Domini. 2. Hæc dicit Dominus Dominus: Pro eo quod dixit inimicus super vos: Ah, bene, solitudines sempiternæ in possessionem nostram factæ sunt. 3. Propter hoc propheta, et dic: Hæc dicit Dominus Dominus: Pro eo quod fuistis in corruptionem omnibus gentibus, ※ et pro eo quod ⁚ despecti estis, et odio habiti estis. ab omnibus gentibus, quæ circa vos, ut essetis in possessionem gentibus reliquis, (l) et ascendistis loquela linguæ, et in opprobrium gentibus, 4. propter hoc,

(x) *Th.*, cum est in medio ovium ejus. (y) Et colligam. Et persequar. (z) *S.*, nisi et residuum. (a) *S.*, sine sollicitudine. (b) *S.*, benedictos. (c) *S.*, non timentes. (d) Videbuntur eis. (e) Super. (f) *S.*, corruptum et depravatum. (g) *S.*, et congregatus es. (h) *S.*, limitato. (i) *S.*, et Dominus ibi erat. (k) Et multiplicastis. (l) Et facti estis.

montes Israelis, audite verbum Adonai Domini : hæc dicit Dominus Dominus montibus, et collibus, et torrentibus, et vallibus, et vastatis, ÷ et depravatis ⁚, et urbibus derelictis, quæ factæ sunt in direptionem, et in conculcationem, gentibus, quæ relictæ sunt per circuitum. 5. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus : Nisi in igne furoris mei locutus sum super reliquias gentium, et super Idumæam omnem; quia dederunt terram meam sibimetipsis in possessionem cum gaudio, (*m*) cum contemserunt animas, ut corrumperent in præda. 6. Propter hoc propheta super terram Israelis, et dic montibus, et collibus, et valleculis, et vallibus : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego in zelo meo, et in furore meo locutus sum, pro eo quod opprobrium gentium sustinuistis. 7. Propter hoc ※ hæc dicit Adonai Dominus ⁚ : ecce ego levabo manum meam super gentes, quæ circa vos : hi contemtum suum accipient. 8. Vestram autem, montes Israelis, (*n*) uvam dabitis, et fructum vestrum comedet populus meus ※ Israel ⁚; quia sperant venire. 9. Quia ecce ego super vos, et respiciam super vos, et colemini, et seremini : 10. et multiplicabo super vos homines, omnem domum Israelis in finem, et habitabuntur urbes vestræ, et quæ desolatæ, ædificabuntur. 11. Et multiplicabo super vos homines, et jumenta, et crescent, ※ et multiplicabuntur ⁚, et habitare faciam vos, sicut ab initio vestro, et bene faciam vobis, (*o*) sicut ab antiquo vestro, et scietis, quod ego sum Dominus. 12. Et generabo super vos homines, populum meum Israelem, et hæreditabunt vos, et eritis eis in possessionem, et non addetis amplius orbari ab eis. 13. Hæc dicit Dominus Dominus : Pro eo quod dixerunt tibi gentes : Devoratrix hominum es tu, et orba a gente tua facta es; 14. (*p*) propter hoc homines non amplius comedes, et gens tua non orbabit te amplius ※, et gens tua non orbabitur amplius ⁚, dicit Dominus Dominus. 15. Et non audietur amplius super vos contemtus gentium, et opprobrium populorum non sustinebitis, ※ et populus tuus non orbabitur amplius ⁚, dicit Dominus Dominus. 16. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 17. Fili hominis, domus Israelis habitarunt super terra sua, et contaminarunt eam in viis suis, et in idolis suis, ÷ et in immunditiis suis ⁚ : juxta immunditiam constitutæ in menstruo facta est via eorum coram facie mea : 18. et effudi furorem meum super eos, ※ propter sanguinem, quem effuderunt super terram, et in idolis suis polluerunt eam ⁚, 19. et disseminavi eos in gentes, et ventilavi eos in regiones : secundum viam eorum, et secundum peccatum eorum judicavi eos. 20. Et ingressi sunt inter gentes, quo ingressi sunt illuc, et polluerunt nomen sanctum meum, cum dicebantur, gens Domini hi, et ex terra ejus egressi sunt. 21. Et peperci eis propter nomen sanctum meum, quod polluerunt domus Israelis inter gentes, qua ingressi sunt illuc. 22. Propter hoc dic domui Israelis : Hæc dicit Dominus Dominus : Non vobis ego facio, domus Israelis, nisi propter nomen sanctum meum, quod polluistis inter gentes, quo ingressi estis illuc. 23. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod profanatum est inter gentes, quod polluistis in medio earum, et scient gentes, quod ego sum Dominus, ※ dicit Adonai Dominus ⁚, cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos earum, 24. et tollam vos de gentibus, et congregabo vos ex omnibus terris, et introducam vos in terram vestram, 25. et aspergam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, et ab omnibus idolis vestris mundabo vos. 26. Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo in vobis, et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, 27. et spiritum meum dabo in vobis, et faciam, ut in justificationibus meis ambuletis et judicia mea custodiatis, et faciatis ea. 28. Et habitabitis super terra, quam dedi patribus vestris, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum. 29. Et salvabo vos ex omnibus immunditiis vestris, et vocabo frumentum, 30. et multiplicabo illud, et non dabo super vos famem : et multiplicabo fructum ligni, (*q*) et proventus agri, ut ne portetis ※ amplius ⁚ opprobrium famis inter gentes. 31. Et recordabimini viarum vestrarum malarum, et studiorum vestrorum non bonorum, (*r*) et abominabile erit vobis ante faciem eorum in iniquitatibus vestris, et super abominationibus (*s*) eorum. 32. Non propter vos ego facio, dicit Dominus Dominus, notum erit vobis : erubescite, et pudore afficimini de viis vestris, domus Israelis. 33. Hæc dicit (*t*) Adonai Dominus : In die, quo mundabo vos ab omnibus iniquitatibus vestris, et habitari faciam urbes, et ædificabuntur infœcunda, 34. et terra depravata coletur, pro eo quod desolata erat ante oculos omnis viatoris, 35. et dicent : Terra illa depravata facta est, ut hortus deliciarum, et urbes vastatæ, et depravatæ, et subversæ, munitæ sederunt. 36. Et scient gentes omnes, quæ derelictæ fuerint circa vos, quod ego Dominus ædificavi destructas, et plantavi depravatas : ego Dominus locutus sum, et feci. 37. Hæc dicit Dominus Dominus : Adhuc hoc (*u*) quærar domui Israelis, ut faciam eos : multiplicabo eos, sicut oves, homines, 38. sicut oves sanctas, sicut oves Jerusalem in solemnitatibus ejus : sic erunt urbes vastatæ, plenæ ovium hominum, et scient, quod ego Dominus.

Cap. XXXVII. — 1. (*x*) Et facta est super me manus Domini, et eduxit me in spiritu Domini, et posuit me in medio campi, et hic erat plenus ossium

(*m*) *S.*, pro eo quod reprobam facient eam, et ad diripiendum. (*n*) *S.*, ramos vestros dabitis. (*o*) *S.*, sicut a principio vestro. (*p*) *Th.*, et non infirmabitur. *Hoc Theodotionis non positum est in translationibus aliis.* (*q*) *S.*, et fructus. ΚΑΙ ΤΑ ΓΕΝΗΜΑΤΑ. (*r*) *S.*, et diminuemini coram eis. (*s*) Vestris. (*t*) Dominus. (*u*) *A.*, *S.*, *Th.*, petitum ponam. (*x*) De resurrectione mortuorum.

÷ humanorum ⁚ : 2. et circumduxit me super ea per gyrum in circuitu, et ecce multa valde super facie campi, et ecce sicca admodum. 3. Et dixit ad me : Fili hominis, si vivent ossa hæc ? Et dixi : Domine Domine, tu nosti ÷ hæc ⁚. 4. Et dixit ad me : Fili hominis, propheta super ossa hæc, et dices eis : Ossa arida, audite verbum Domini. 5. Hæc dicit Dominus Dominus ossibus his : Ecce ego (*y*) fero super vos spiritum vitæ, 6. et dabo super vos nervos, et obducam super vos carnes, et extendam super vos pellem, et dabo in vos spiritum meum, et vivetis, et scietis, quod ego sum Dominus. 7. Et prophetavi, sicut præcepit mihi Dominus. Et facta est ※ vox ⁚, cum ego prophetarem, et ecce commotio, et admovit ossa os ad connexionem suam. 8. Et vidi : et ecce super ea nervi, et carnes germinabant, et ascendebat super ea pellis desuper, et spiritus non erat in eis. 9. Et dixit ad me : Propheta super spiritum, propheta, fili hominis, et dic spiritui : Hæc dicit Dominus Dominus : A quatuor spiritibus veni, ※ spiritus ⁚, et insuffla in mortuos hos, et vivant. 10. Et prophetavi, sicut præcepit mihi : et intravit in eos spiritus, et vixerunt, et steterunt super pedibus suis, (*z*) congregatio multa valde ※ valde ⁚. 11. Et locutus est Dominus ad me, dicens : Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israelis est, illi dicunt : Arida facta sunt ossa nostra, periit spes nostra, irriti facti sumus. 12. Propter hoc propheta, et dic ※ ad eos ⁚ : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego aperio sepulcra vestra, et educam vos ex sepulcris vestris, ※ popule mi ⁚, et introducam vos in terram Israelis. 13. ※ et scietis ⁚, quod ego sum Dominus, cum aperuero sepulcra vestra, ut educam vos de sepulcris ※ vestris ⁚, popule mi. 14. (*a*) Et dabo spiritum meum in vos, et vivetis, et ponam vos super terram vestram, et scietis, quod ego Dominus locutus sum, et faciam, dicit Dominus Dominus. 15. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 16. ※ Et tu ⁚, fili hominis, sume tibimetipsi virgam ※ unam ⁚, et scribe super eam Judam, et filios Israelis adjunctos ei : et virgam secundam sumes tibimetipsi, et scribes eam Josepho, virgam Ephræm, et omnibus filiis Israelis, qui adjuncti sunt ei. 17. Et conjunges eas invicem tibimetipsi in virgam unam, ÷ ut liges eas ⁚, et erunt in manu tua. 18. Et erit, cum dixerint ad te filii populi tui, ※ dicentes ⁚ : Non annuntias nobis, quid sint hæc tibi? 19. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego sumam tribum Joseph, quæ in manu Ephræm, et tribus Israelis, quæ adjunctæ sunt ei, (*b*) et dabo eos super tribum Judæ, et erunt in virgam unam, ※ et erunt unum ⁚ in manu Judæ. 20. Et erunt virgæ, super quibus tu scripsisti super eis, in manu tua coram eis. 21. Et dices eis : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego sumo omnem domum Israelis

A de medio gentium, quo intrarunt illuc, et congregabo eos ex omnibus, qui in circuitu eorum, et introducam eos in terram Israelis, 22. et dabo eos in gentem unam in terra mea, et in montibus Israelis : et princeps unus erit eorum ※ in regem ⁚, et non erunt amplius in duas gentes, nec dividentur amplius in duo regna, 23. ut ne contaminentur amplius in idolis suis, ※ et in abominationibus suis, et in omnibus impietatibus suis ⁚ : et eripiam eos ex omnibus (*c*) iniquitatibus eorum, quibus peccarunt in eis, et mundabo eos, et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum. 24. Et servus meus David princeps in medio eorum, et pastor unus erit omnium ※ eorum ⁚, quia in præceptis meis ambulabunt, et judicia mea custodient, et facient ea, 25.
B et habitabunt super terra sua, quam ego dedi servo meo Jacobo, quo habitarunt ibi patres eorum, et habitabunt super ea ipsi, et filii eorum, et filii filiorum eorum, usque in sempiternum : et David servus meus princeps eorum ※ erit ⁚ in sempiternum. 26. Et ponam eis testamentum pacis*, testamentum, quod in sæcula, erit cum eis : ※ (*d*) et dabo eos, et multiplicabo eos ⁚ : et ponam Sancta mea in medio eorum in sempiternum, 27. et erit tabernaculum meum in eis, et ero eis Deus, et illi erunt mihi populus. 28. Et scient gentes, quod ego sum Dominus, sanctificans eos, quando fuerint Sancta mea.

Cap. XXXVIII. — 1. Super Gog et Magog. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Fili
C hominis, (*e*) pone faciem tuam super Gog, et terram Magog, principem Ros, et Mosoch, et Thobel, et propheta super eum, 3. et dic ei : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego super te Gog, principem Ros, Mosoch et Thobel, 4. ※ et circumagam te, et dabo frenum in maxillas tuas ⁚, et congregabo te, et omnem virtutem tuam, equos, et equites vestitos loricis omnes, congregationem multam, clypeos, et galeas, et gladios, ※ omnes hi ⁚ 5. Persæ, et Æthiopes, et Lydi, et Libyes ※ cum eis ⁚ : omnes galeis, et clypeis, 6. Gomer, et omnes qui apud eum, domus Thergama ab extremo aquilonis, (*f*) et omnes qui apud eum, et gentes multæ (*g*) cum eo. 7. Præparare, præpara temetipsum, tu, et omnis congregatio tua, qui collecti sunt tecum, et eris mihi in custo-
D diam. 8. A diebus multis præparabitur, et in extremo annorum veniet, et veniet in terram, quæ perversa est a gladio, congregatam ex gentibus multis, super terram Israelis, quæ facta est deserta omnino, et hic ex gentibus exivit, et habitabunt super pace omnes. 9. Et ascendes (*h*) sicut pluvia, et venies sicut nubes, et operies terram, et cades tu, et omnes, qui apud te, et gentes multæ cum te. 10. Hæc dicit Dominus Dominus : Et erit in die illo, ascendent verba super cor tuum, et cogitabis cogitationes malas, 11. et dices : Ascendam super terram expulsam, veniam super quiescentes in quiete, et habi-

(*y*) Introduco in vos. (*z*) *S.*, *Th.*, virtus. (*a*) *S.*, et ponam. (*b*) *S.*, et dabo eas cum illa, ut intelligat tribus regia Judæ. (*c*) *S.*, aversionibus. (*d*) *S.*, et confirmabo eos. (*e*) *S.*, ordina. (*f*) *Th.*, et omnia sustentacula ejus. (*g*) Cum te. (*h*) *S.*, subito. *Th.*, sicut turbo.

tantes super pace, omnes inhabitantes terram, in qua non est murus, neque vectes, et portæ non sunt eis, 12. ad captivandum captivitatem, et ad prædandum prædam eorum, ad convertendum manum meam in terram desolatam, quæ habitata est, et super gentem congregatam ex gentibus multis, qui fecerunt possessiones, ※ et acquisitionem ⁚, habitantes super umbilicum terræ. 13. Saba, et Dadan, et negotiatores Carthaginenses, (i) et omnes villæ eorum dicent tibi : Captivitatem ad captivam ducendam tu venis, et ad prædandum prædam : congregasti congregationem tuam, ad tollendum argentum et aurum, ad acquirendum acquisitionem, ad prædandum prædam ※ (k) magnam ⁚. 14. Propter hoc propheta, fili hominis, et dic ad Gog : Hæc dicit Dominus Dominus : Nonne in die illo, cum habitaverit populus meus Israel super pace, surges? 15. Et venies ex loco tuo ab extremo aquilonis, et gentes multæ cum te : ascensores equorum omnes, congregatio magna, et virtus multa. 16. Et ascendes super populum meum Israelem, sicut nubes, ut operias terram : in extremo dierum erit, et adducam te super terram tuam, ut sciant omnes gentes me, cum sanctificatus fuero in te coram eis, ※ Gog ⁚. 17. Hæc dicit Dominus Dominus ÷ ad Gog ⁚: Tu es, de quo locutus sum ante dies, qui ab antiquo, per manum servorum meorum prophetarum Israelis, ※ qui ⁚ prophetarunt in diebus istis, et annis, ut adducerem te super eos. 18. Et erit in die illo, in die, quo venerit Gog super terram Israelis, dicit Dominus Dominus, ascendet furor meus ※ in ira mea ⁚, 19. et zelus meus, in igne iræ meæ locutus sum, nisi in die illo erit commotio magna super terra Israelis, 20. et commovebuntur a facie (l) mea pisces maris, et volucres cœli, et bestiæ campi, et omne reptile, quod repit super terra, et omnes homines, qui super facie terræ, et discerpentur montes, et cadent (m) valles, et omnis murus super terram cadet : 21. et vocabo super eum omnem formidinem gladii ※ in omnibus montibus meis ⁚, dicit Dominus Dominus : gladius hominis super fratrem suum erit. 22. Et judicabo eum morte, et sanguine, et pluvia inundante, et lapidibus grandinis et ignem, et sulphur pluere faciam super eum, et super omnes, qui cum eo, et super gentes multas cum eo. 23. Et magnificabor, et sanctificabor, ÷ et glorificabor ⁚, et innotescam coram gentibus multis, et scient, quod ego sum Dominus.

Cap. XXXIX. — 1. Et tu, fili hominis, propheta super Gog, et dic : Hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego super te, Gog, principem Ros, Mosoch, et Thobel, 2. et congregabo te, et deducam te, et faciam ascendere te ab extremo aquilonis, et adducam te super montes Israelis. 3. (n) Et perdam arcum tuum de manu tua sinistra, et sagittas tuas de manu dextra tua, et dejiciam te 4. super montes Israelis, et cades tu, et omnes, qui apud te, et gentes, quæ cum te, dabuntur in multitudinem avium, omni volucri, et omnibus bestiis campi dedi te ad devorandum. 5. Super facie campi cades, quia ego locutus sum, dicit Dominus Dominus. 6. Et mittam ignem super Magog, et habitabuntur insulæ super pace, et scient, quod ego sum Dominus. 7. Et nomen sanctum meum innotescet in medio populi mei Israelis, et non polluetur nomen sanctum meum amplius, et scient (o) gentes, quod ego sum Dominus sanctus Israelis. 8. Ecce venit, et scies, quod erit, dicit (p) Dominus Dominus. Hic est dies, in quo locutus sum. 9. Egredientur habitantes in urbibus Israelis, ※ et incendent ⁚ et comburent in armis, in clypeis, et in lanceis, et in arcubus, et in sagittis, et in baculis manuum, et in hastis, et succendent in eis ignem septem annis, 10. et non sument ligna ex campo, neque cædent ex silvis, sed arma comburent igne : et captivos ducent hos, qui captivos duxerunt eos, et prædabuntur hos, qui prædati sunt eos, dicit Dominus Dominus. 11. Et erit in die illo, dabo Gog locum nominatum, sepulcrum in Israele (q) sepulcra eorum, qui ceciderunt super eam quæ apud mare, et ædificabunt obstaculum ori vallis. 12. (r) Et defodient eum ibi Gog, et omnem multitudinem ejus, et vocabitur Terra sepulcri Gog. 13. Et defodient eos domus Israelis, ut mundetur terra in septem mensibus, et defodient eos omnis populus terræ, et erit eis in celebritatem dies, quo glorificatus sum, dicit Dominus Dominus. 14. Et viros semper secernent, qui circumeunt terram, ut sepeliant ※ cum circumeuntibus ⁚ eos, qui remanserint super facie terræ, ut mundent eam post septem menses, et quærent. 15. Omnes transeuntes terram, et cum viderit os hominis, ædificabit apud illum signum, donec sepeliant illud sepelientes in Terra sepulcri Gog. 16. Etenim nomen urbis (s) Sepulcrum : et mundabitur terra. 17. Et tu, fili hominis, hæc dicit Dominus Dominus : Dic omni avi volatili, et ad omnes bestias campi : Congregamini, et venite, congregamini ab omnibus, quæ per circuitum, super victimam meam, quam ego immolavi vobis, victimam magnam super montes Israelis, et comedetis carnes, et bibetis sanguinem. 18. Carnes gigantum comedetis, et sanguinem principum terræ bibetis, arietes, et vitulos, et hircos, et agnos, (t) et vituli pingues omnes, 19. et comedetis adipem ad saturitatem, et bibetis sanguinem ad ebrietatem de victima mea, quam immolavi vobis. 20. Et implebimini super mensa mea, equum, ascensorem, robustum, et omnem virum bellatorem, dicit Dominus Dominus. 21. Et dabo gloriam meam in vobis, et videbunt omnes gentes judicium meum, quod feci, et manum meam, quam induxi super eos,

(i) *S.*, et omnes perniciosi leones ejus. (k) *S.*, multa. (l) Domini. (m) *S.*, valleculæ. *Th.*, sepes. (n) *S.*, et excutiam. (o) Omnes. (p) Adonai. (q) *S.*, vallem transituum ab oriente maris, quæ claudit transitus. (r) Et sepelient eum. (s) *S.*, multitudo. *Th.*, Heb. Amona. (t) *S.*, vitulorum cibatorum pulchrorum.

22. et scient domus Israelis, quod ego sum Dominus Deus eorum a die hoc, et deinceps. 23. Et scient omnes gentes, quod propter peccata sua captivi ducti fuerunt domus Israelis, pro eo quod prævaricati sunt in me, et averti faciem meam ab eis, et tradidi eos in manum inimicorum eorum, et ceciderunt gladio omnes. 24. Secundum immunditias eorum, et secundum iniquitates eorum feci eis, et averti faciem meam ab eis. 25. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus : Nunc reducam captivitatem Jacobi, et miserebor domus Israelis, (*u*) et zelo afficiar propter nomen sanctum meum. 26. Et capient ignominiam suam, et injustitiam, qua injuste egerunt, cum habitaverint illi super terram suam super pace, et non erit, qui exterreat, 27. cum reduxero eos ex gentibus, et congregavero eos ex regionibus gentium : et sanctificabor in eis coram gentibus. 28. Et scient, quod ego sum Dominus Deus eorum, cum apparuero eis in gentibus, ※ et congregabo eos ⁚ super terram eorum, ※ et non relinquam amplius ab eis ibi ⁚ : 29. et non avertam amplius faciem meam ab eis, (*x*) pro eo quod effuderim furorem meum super domum Israelis, dicit Dominus Dominus.

Cap. XL. — 1. Et factum est in anno vigesimo et quinto captivitatis nostræ, (*y*) in mense primo, decimo mensis, in anno quarto decimo, post subjugationem urbis, in die illo facta est super me manus Domini, et adduxit me ※ illuc ⁚, 2. in visione Dei, et adduxit me autem in terram Israelis, (*z*) et posuit me super montem excelsum valde, et super eo quasi ædificium urbis (*a*) e regione mei. 3. Et introduxit me illuc : et ecce vir, et adspectus æris ※ splendentis ⁚, et erat funiculus architectorum in manu ejus, et calamus mensura ※ in manu ejus ⁚ : et ipse stabat super porta. 4. Et dixit ad me vir : ÷ Vidisti ⁚, fili hominis, vide in oculis tuis, et in auribus tuis audi, et dispone ※ in ⁚ cor tuum omnia, quæ ego ostendero tibi ; (*b*) quia gratia ostendendi tibi, ingressus es huc, et ostendes omnia, quæ tu vides, domui Israelis. 5. Et ecce sepimentum extra domum per gyrum, (*c*) et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum in cubito et palmus. Et mensus est antemurale, latitudinem æqualem calamo, et altitudinem ejus æqualem calamo. 6. Et ingressus est in portam, respicientem versus orientem in septem gradibus, et mensus est (*d*) Thee sex et sex, et Ælam portæ æqualem calamo, 7, 8. et

A Thee æqualem calamo longitudine, et æqualem calamo latitudine, et Ælam in medio Thelam cubitorum sex : et Thee secundum æqualem calamo latitudine, et æqualem calamo longitudine, et Æl cubitorum quinque, et Thee tertium æqualem calamo longitudine, et æqualem calamo latitudine, et Æl liminis e regione Ælam portæ, octo cubitorum, 9. (*e*) et Eleu duorum cubitorum, (*f*) et Ælam portæ intrinsecus ; 10. et Thee portæ e regione ejus, tres hinc, et tres inde ; et mensura una tribus, et mensura una Ælam hinc et inde. 11. Et mensus est latitudinem portæ luminis, decem cubitorum, et latitudinem portæ, tredecim cubitorum, 12. (*g*) et cubitus contrahebatur versus faciem Theim, ※ cubiti unius, et cubiti unius, terminus hinc et inde ⁚, (*h*) et Thau
B cubitorum sex hinc, et cubitorum sex inde. 13. Et mensus est portam a muro Thee usque ad parietem Thee, latitudinem viginti et quinque cubitorum : hæc porta super portam, 14. (*i*) et subdiale Ælam portæ, sexaginta ※ et quinque ⁚ cubiti extrinsecus, et Theim atrii portæ per circuitum, 15. (*k*) et subdiale (*l*) atrii extrinsecus, in subdiale Ælam portæ intrinsecus, quinquaginta cubitorum. 16. (*m*) Et fenestræ absconditæ super Theim, et super Ælam intra portam atrii per circuitum : et similiter ipsis Ælam et fenestræ per circuitum ※ per circuitum ⁚ intrinsecus, et super Ælam palmæ hinc et inde. 17. Et introduxit me in atrium interius, et ecce (*n*) exedræ, et intercolumnia ※ facta ⁚ in circuitu
C atrii, triginta exedræ intercolumniis, 18. et porticus ad austrum (*o*) portarum, secundum longitudinem portarum intercolumnium inferius. 19. Et mensus est latitudinem atrii, (*p*) a subdiali portæ exterioris intrinsecus super subdiale portæ respicientis foras, cubitos centum respicientis in orientem : et introduxit me super aquilonem, 20. et ecce porta respiciens in aquilonem atrio exteriori, et mensus est eam, longitudinem ejus, et latitudinem ejus, 21. (*q*) Thee ejus tres hinc, et tres inde, (*r*) et Æleu (*s*) et Ælammo, et palmas ejus : et factum est secundum mensuras atrii respicientis in orientem, quinquaginta cubitorum longitudo ejus : et latitudo ejus cubitorum viginti et quinque, 22. et fenestræ ejus, et Ælammo, et palmæ ejus, sicut porta respiciens in orientem :
D et in septem gradibus scalæ ascendebant super eum, et Ælammo intrincecus : 23. et porta atrio interiori respiciens super portam aquilonis, quemadmodum ÷ porta ⁚, quæ respicit in orientem : et

(*u*) *S.*, zelo affectus sum enim pro nomine sancto meo. Et portarunt ignominiam suam, et omnes incurias suas. (*x*) *S.*, et effundam spiritum meum super domum Israelis. (*y*) *S.*, in mense quinto. (*z*) *S.*, et quiescere fecit me. (*a*) *S.*, ab austro. (*b*) *S.*, propter enim id, ut ostendatur tibi, introductus es huc. (*c*) *S.*, qui vero erat in manu viri calamus mensorius, sex cubitorum erat ex cubito et palmo. (*d*) *S.*, limen. (*e*) ΕΛΕΥ. *S.*, quod apud illud, duorum cubitorum. (*f*) *S.*, limen vero portæ intrinsecus ; parastades autem portæ versus viam orientalem, tres hinc, et tres inde, unius mensuræ tres illæ, ÷ et e contrario mensuræ unius, et mensura una liminis hinc et inde ⁚. (*g*) *S.*, et terminum ante parastades. (*h*) ΘΑΥ. *S.*, parastades vero sex cubitorum ab omni latere. (*i*) *S.*, et fecit peristases septem cubitorum, et in his, quæ ad atrium portæ per circuitum. (*k*) *S.*, versus faciem vero portæ antiquæ contra faciem vestibuli portæ interioris. (*l*) Portæ. (*m*) *S.*, et fenestræ obliquæ ad parastades, et ad peristases. (*n*) *S.*, exedræ, et pavimentum. (*o*) Columnarum. (*p*) *S.*, ab eo quod ante. (*q*) *S.*, et parastades ejus. (*r*) *S.*, et limen, quod supra portam. (*s*) *S.*, ante portam (i. e. *vestibulum*).

mensus est atrium a porta ad portam centum cubitos. 24. Et duxit me ad austrum, et ecce porta respiciens ad austrum, et mensus est eam, et Thee, (*t*) et Ælcu, et Ælammo, secundum mensuras has. 25. Et fenestræ ejus, et Ælammo circumcirca, sicut fenestræ Ælam, quinquaginta cubitorum longitudo ejus, et latitudo ejus cubitorum viginti et quinque, 26. et gradus scalæ septem ejus, (*u*) et Ælammo intrinsecus, et palmæ ejus, una hinc, et una inde ÷ super Ælcu ⁚. 27. Et porta (*x*) e regione portæ atrii interioris ad austrum : et mensus est atrium a porta ad portam, latitudinem cubitos centum ad austrum. 28. Et introduxit me in atrium interius portæ, quæ ad austrum, et mensus est portam, ※ quæ ad orientem ⁚, secundum mensuras has. 29. Et Thee, et Ælcu, et Ælammo, secundum mensuras has, et fenestræ ejus, et Ælammo in circuitu ※ in circuitu ⁚ : quinquaginta cubiti longitudo ejus, et latitudo cubiti vinginti et quinque. 30. (*y*) Et Ælam in circuitu ※ in circuitu ⁚, longitudo quinque et viginti cubitorum, et latitudo quinque ※ cubitorum ⁚ : 31. (*z*) et Ælammo in atrium exterius, et palmæ (*a*) ipsi Ælcu, et octo gradus scalæ ※ ascensus ejus ⁚. 32. Et introduxit me in portam respicientem ※ viam ⁚ ad orientem, et mensus est eam secundum mensuras has, 33. (*b*) et Thee, et Ælcu, (*c*) et Ælammo, secundum mensuras has, et fenestræ ei, et Ælammo in circuitu ※ in circuitu ⁚, cubiti quinquaginta longitudo ejus, et latitudo cubiti viginti et quinque. 34. Et Ælammo in atrium interius, et palmæ ante Ælcu hinc et inde, et octo gradus scalæ ei. 35. Et introduxit me ad portam, quæ ad aquilonem, et mensus est secundum mensuras has. 36. Et Thee, et Ælcu, et Ælammo, et fenestræ ei in circuitu ※ in circuitu ⁚ : et Ælammo, longitudo ejus quinquaginta cubiti, et latitudo quinque et viginti cubiti, 37. et Ælammo in atrium exterius, et palmæ Ælcu hinc et inde, et octo gradus scalæ ei. 38. Et exedræ ejus, et portæ ejus, et Ælammo ejus super portis, ÷ ibi lavant holocaustum ⁚. 39. In Ælam autem portæ secundæ exitus aquæ duæ mensæ hinc ⁚, et duæ mensæ inde, ut immolent in ea ※ holocaustum, et ⁚ quæ (*d*) pro peccato, et quæ pro ignorantia. 40. Et ad austrum rivuli holocaustorum, ※ in limine portæ ⁚ respicientis ad aquilonem, duæ mensæ ad orientem in austrum alterius, et Ælam portæ duæ mensæ ad orientem. 41. Quatuor mensæ hinc, et quatuor mensæ inde ad austrum portæ australis, mensæ ÷

A victimarum super quas jugulabunt victimas : e regione 42. et quatuor mensæ holocaustorum lapideæ dolatæ', longitudo ex cubito uno et dimidio ejus, et latitudo ex cubito uno et dimidio ejus, et super cubitum ※ unum ⁚ altitudo : super eas imponent vasa, in quibus jugulant ibi holocausta, et victimas. 43. (*e*) Et gisus palmus erunt eis, dolatus intrinsecus per circuitum ※ per circuitum ⁚, et super mensas desuper tecta, ut operiantur ※ a pluvia, et a siccitate ⁚. 44. Et introduxit me in atrium interius, et ecce exedræ (*f*) duæ in atrio interiori, una ab austro portæ, respicientis ad aquilonem, quæ fert ad austrum, et una ab austro portæ, quæ ad austrum, respicientis vero ad aquilonem. 45. Et dixit ad me : Exedra hæc, quæ B respicit ad austrum, sacerdotibus custodientibus custodiam domus · 46. et exedra, respiciens ad aquilonem, sacerdotibus custodientibus custodiam altaris :: hi sunt filii Sadduc, qui accedunt de Levi ad Dominum, ad ministrandum ei. 47. Et mensus est atrium, longitudo cubitorum centum, et latitudo cubitorum centum, super quatuor partes ejus, et altare e regione domus. 48. Et introduxit me (*g*) in Ælam domus : et mensus est Ælam, cubitorum quinque ÷ latitudo ⁚ hinc, et cubitorum quinque inde, et latitudo portæ ÷ cubitorum quatuordecim, et latera portæ Ælam ⁚ trium cubitorum hinc, et trium cubitorum inde. 49. Et longitudo Ælam viginti cubitorum, et latitudo cubitorum undecim : et super decem gradus ascendebant super C illud, et columnæ erant (*h*) super Ælam una hinc, et una inde.

Cap. XLI. — 1. Et introduxit me in templum, cui mensus est Ælam, cubitorum sex latitudo hinc, 2. et cubitorum sex latitudo inde ※ latitudo tabernaculi, et ⁚ latitudo ostii cubitorum decem, et latera ostii quinque cubitorum hinc, et quinque cubitorum inde. Et mensus est longitudinem ejus cubitorum quadraginta, et latitudinem cubitorum viginti. 3. Et ingressus est in atrium interius, et mensus est (*i*) Æl portæ, duorum cubitorum, ※ et portam sex cubitos, ⁚, et latera portæ cubitorum septem ÷ hinc, et cubitorum septem inde ⁚. 4. Et mensus est longitudinem portarum cubitos (*k*) viginti, et latitudinem cubitorum viginti, versus faciem D templi. Et dixit ※ ad me ⁚ : Hoc Sanctum Sanctorum. 5. Et mensus est parietem domus cubitorum sex, et latitudinem lateris cubitorum quatuor circumcirca ※ domui per circuitum ⁚, 6. et latera latus super latus triginta et tria duabus vicibus, (*l*) et in-

(*t*) *S.*, quæ apud eam, et vestibulum ejus. (*u*) *S.*, et vestibulum ejus coram eis. (*x*) *S.*, in ea, quæ apud portam atrii interioris, et super eam, quæ intrinsecus, in austrum. (*y*) *S.*, et vestibulum. (*z*) *S.*, vestibulum vero. (*a*) *S.*, ad ea, quæ apud eam. (*b*) *S.*, et parastades, et ea quæ apud eam, et vestibula ejus. (*c*) *S.*, et vestibula. (*d*) Propter. (*e*) *S.*, et labia palmi unius. (*f*) *S.*, laudatoribus in atrio exteriori, quod super latus portæ, quæ versus septentrionem ; facies autem earum versus viam, quæ versus austrum, una super latus portæ orientalis, quæ spectat versus viam septentrionalem. (*g*) *S.*, in vestibulum. (*h*) *S.*, super ea quæ apud illud. (*i*) *S.*, quod apud portam. (*k*) Quadraginta. (*l*) *S.*, et circumibant transitus propter hoc per parietem domus super latera per gyrum ad apprehendendum, ut ne contingerent parietem domus : et platea erat circumiens ascendens super latera ; quoniam cingebat domum ascensus, educens sursum circa domum. Propter hoc erat ei latitudo domui superne. Sic igitur ab inferiori ascendebatur ad superius ejus usque ad medium.

tervallum unum parieti domus in lateribus per circuitum ※ per circuitum ↙, ut esset apprehendentibus ad videndum, ut omnino non contingerent parietes domus. 7. Et latitudo lateris superioris juxta additamentum laterum ex pariete ad superius per circuitum ※ per circuitum ↙ domus, ut dilatetur domus desuper, et ex inferiori ascendant ad superiora, et ex mediis super ÷ habentia tria tecta 8. et Thrael ↙ domus altitudo per circuitum ※ per circuitum ↙, (*m*) et intervallum laterum æquale calamo cubitorum sex, (*n*) intervallum. 9. Et latitudo parietis lateris ÷ in iis ↙ quæ extrinsecus cubitorum quinque, (*o*) et reliqua inter latera domus, 10. et inter exedras, latitudo cubitorum viginti, circumferentia domui per circuitum ※ per circuitum ↙. 11. (*p*) Et portæ exedrarum super reliquum portæ unius, quæ ad aquilonem : et ostium unum ad austrum, et latitudo luminis reliqui loci oratorii, cubitorum quinque ÷ latitudo circumcirca ↙. 12. (*q*) Et quod separat ante faciem reliqui ※ via ↙ sicut ad mare, ※ latitudinis ↙ cubitorum septuaginta latitudo, parietis separantis cubitorum quinque latitudo circumcirca, et longitudo ejus nonaginta cubitorum. 13. Et mensus est ※ contra ↙ domum : longitudo cubitorum centum, (*r*) et reliqua, et separantia, et parietes eorum, longitudo cubitorum centum. 14. Et latitudo ante faciem domus, (*s*) et reliqua, quæ contra, cubitorum centum. 15. Et mensus est longitudinem separantis ante faciem reliqui eorum, quæ post domum illam, et reliqua hinc et inde, cubitorum centum ÷ longitudo ↙ : et templum, et anguli, (*t*) et Ælam exterius, obumbrata. 16. Et fenestræ retium sublucentia per circuitum trium, sicut ad prospiciendum : et domus, et quæ in propinquo obducta lignis per circuitum ※ per circuitum ↙, ÷ et terram domus ↙, et a terra domus usque ad fenestras : et fenestræ patentes tripliciter, sicut ad prospiciendum, 17. et usque ad domum (*u*) propinquam interioris, et usque ad exteriorem : et super omnem parietem per circuitum ※ per circuitum ↙ intrinsecus, et extrinsecus ※ mensuræ, 18. et ↙ Cherubim cælata, et palmæ, et palma inter Cherub et Cherub : duæ facies Cherubo, 19. facies hominis ad palmam hinc et hinc, et facies leonis ad palmam inde et inde, cælata tota domus circumcirca. 20. A terra (*x*) usque ad laqueare, Cherubim, et palmæ cælatæ (*y*). 21. Et sanctuarium, et templum (*z*) patens quadrangulum, ante faciem Sanctorum visio, sicut frons 22. altaris ligni, cubitorum trium altitudo ejus, et longitudo cubitorum duorum, ※ et latitudo ↙ cubitorum duorum : et cornua erant ei, et basis ejus, et parietes ejus lignei. Et dixit ad me : Hæc mensa, quæ coram facie Domini : et duæ fores templo, et Sanctuario (*a*) duæ fores, 23. 24. duabus foribus circumeuntibus super cardinibus : duæ fores uni, et duæ fores portæ secundæ : 25. et cælatura super eis, et super fores templi Cherubim, et palmæ juxta cælaturam Sanctorum, (*b*) et ligna impudentiæ contra faciem Ælam forinsecus, 26. et fenestræ absconditæ : et mensus est hinc et inde, in laquearia Ælam, (*c*) et latera domus copulata.

Cap. XLII. — 1. Et introduxit me in atrium interius ÷ versus orientem ↙ contra portam, quæ ad aquilonem : et introduxit me, et ecce exedræ ÷ quinque ↙ propinquæ reliquo, et propinquæ separanti ad aquilonem, 2. ※ (*d*) versus faciem ↙ super cubitos centum longitudo ad aquilonem, et latitudo quinquaginta cubitorum : 3. descriptæ, quemadmodum portæ atrii interioris, et quemadmodum intercolumnia atrii exterioris ordinatæ contra faciem sui invicem porticus trinæ : 4. et contra exedras ambulacrum cubitorum decem latitudo, ÷ super cubitos centum longitudo ↙, ※ (*e*) in interius ↙ viam ulnæ unius, et ostia earum ad aquilonem, 5. et ambulacra superiora similiter : quia exibat intercolumnium, ex eo, ex inferiori ÷ intercolumnio, et intervallum ↙ : sic intercolumnium, et intervallum, 6. ÷ et sic porticus ↙ : quia (*f*) triplices erant, et columnæ non erant eis, sicut columnæ exteriorum : propter hoc (*g*) exibant foras ab inferioribus, et mediis e terra ※ quinquaginta ↙. 7. Et lumen forinsecus, quemadmodum exedræ atrii exterioris, respicientes contra exedras, ÷ quæ ad aquilonem ↙, longitudo cubitorum quinquaginta. 8. Quia longitudo exedrarum respicientium in atrium exterius erat cubitorum quinquaginta, et hæ sunt contra faciem his : omne cubitorum centum. 9. Et portæ exedrarum harum, introitus qui ad orientem, sicut ad ingrediendum super iis ex atrio exteriori, 10. versus lumen, quod in principio ambulacri ; et quæ ad austrum versus faciem austri, versus faciem reliqui, ÷ et versus faciem separantis ↙, et exedræ, 11. et ambulacrum contra faciem earum, juxta mensuras exedrarum ※ in viam ↙ quæ ad aquilonem, secundum longitudinem earum, et secundum latitudinem earum, et secundum omnes exitus earum, et secundum omnes reditus earum, (*h*) et secundum lumina earum, et secundum ostia earum, 12. exedrarum, quæ contra austrum,

(*m*) S., a fundamento lateribus. (*n*) S., juxta cubitum, illa latitudo. (*o*) A., intrinsecus vero domus latera domus. *Th.*, et quod est quies, locus laterum domus. (*p*) S., porta autem, lateri in orationem. (*q*) S., latitudo autem loci orationis. *Th.*, quietis. (*r*) *Th.*, et Gazera, et quod in medio. (*s*) S., et sectionis ad orientem. (*t*) S., et exedræ atrii superliminarium. (*u*) Prope. (*x*) *Th.*, usque ad supra portam. (*y*) S., sicut paries templi. (*z*) S., superliminare quadrangulum ; facies autem similitudo Sanctuarii. (*a*) S., duarum vero portarum unaquæque porta erat duæ patentes invicem. (*b*) S., et crassitudo ligni, quod ante vestibulum forinsecus, super quo fenestræ. (*c*) S., secundum latera domus, et crassitudines. (*d*) S., ante longitudinem centum cubitorum. (*e*) S., ad interiora respiciens. (*f*) S., habentia tria tecta enim erant. (*g*) *Th.*, colligebantur simul plus inferioribus, et plus mediis. (*h*) S., et talium modorum vero et tales portæ earum secundum ostia exedrarum.

et secundum (*i*) ostia, quæ a principio ambulacri, usque ad lumen momenti calami, et versus orientem ad ingrediendum super iis. 13. Et dixit ad me : Exedræ quæ ad aquilonem, et exedræ quæ ad austrum, quæ sunt versus faciem intervallorum, hæ sunt exedræ Sanctuarii, in quibus comedent ibi sacerdotes, filii Sadduc, appropinquantes ad Dominum, in sancta Sanctorum, et ibi ponent Sancta sanctorum, et sacrificium, et quæ pro peccato, et quæ pro ignorantia, quia locus sanctus est. 14. Non ingredientur illuc præter sacerdotes, non egredientur ex Sanctuario in atrium exterius, ÷ ut semper sancti sint, qui offerunt ⁚ : (*k*) et non tangent stolas eorum, quibus ministrant in eis, quia sancta sunt : et induent vestimenta alia, quando tangent populum. 15. Et consummata est mensuratio domus intrinsecus. Et eduxit me super via portæ, respicientis ad orientem, et mensus est exemplum domus circumcirca in ordine. 16. Et stetit versus austrum portæ, respicientis ad orientem, et mensus est quingentos in calamo mensuræ. 17. Et se vertit ad aquilonem, et mensus est id quod ante faciem aquilonis, cubitos quingentos in calamo mensuræ 18. Et se vertit ad mare, et mensus est quod versus faciem maris, quingentos in calamo mensuræ ※ per circuitum ⁚. 19. Et se vertit ad austrum, et mensus est versus austrum, quingentos in calamo mensuræ, 20. in quatuor vero partes mensus est eodem calamo : et disposuit ipsum, et sepem eorum per circuitum, quingentorum cubitorum ad orientem, et quingentorum cubitorum latitudinem, ad distinguendum inter Sancta et inter antemurale, quod ordinis domus.

Cap. XLIII. — 1. Et adduxit me super portam respicientem in orientem, ÷ et duxit me ⁚. 2. Et ecce gloria Dei Israelis veniebat super via portæ respicientis versus orientem, et vox castrorum, sicut vox multorum duplicantium : et terra lucebat sicut splendor a gloria Domini circumcirca, 3. et visio, quam vidi, secundum visionem, quam vidi, (*l*) quum ingrederer ad ungendum urbem. Et visio ÷ currus ⁚ quem vidi, secundum visionem, quam vidi super fluvium Chobar : et cado super faciem meam, 4. et gloria Domini ingressa est in domum, super via portæ respicientis in orientem. 5. Et sustulit me spiritus, et introduxit me in atrium interius : et ecce plena gloriæ Domini domus. 6. ÷ Et steti ⁚, et ecce vox loquentis ad me e domo, et vir stabat prope ad me, 7. et dixit ad me : Fili hominis, vidisti locum throni mei, et locum vestigii pedum meorum? in quibus habitabit nomen meum in medio domus Israelis in sempiternum. Et non profanabunt amplius domus Israelis nomen sanctum meum, ipsi, et duces eorum in scortatione sua, (*m*) et in cædibus ducum in medio sui, 8. et qui ponebant limen meum in liminibus suis, et superliminaria mea propinqua superliminaribus suis : et dederunt parietem meum sicut connexionem mei et sui, et profanarunt nomen sanctum meum in iniquitatibus suis, quas faciebant : et consumsi eos in furore meo, ÷ et in occisione ⁚. 9. Nunc repellant scortationem suam, et cædes ducum suorum a me, et commorabor in medio eorum in sempiternum. 10. Et tu, fili hominis, ostende domui Israelis domum, et se cohibebunt a peccatis suis : (*n*) et visionem ejus, et ordinem ejus, 11. et illi accipient tormentum suum pro omnibus, quæ fecerunt. Et describes domum, ※ et præparationem ejus ⁚, et exitus ejus, ※ et introitus ejus ⁚ (*o*) et substantiam ejus, et omnia præcepta ejus, et omnia legitima ejus, ※ et omnes leges ejus ⁚ cognoscere facies eos, et describes coram eis, et custodient omnia justificationes meas, et omnia præcepta mea, et facient ea : 12. et descriptionem domus super vertice montis, omnes termini ejus circumcirca Sancta Sanctorum ※ sunt : hæc lex domus ⁚. 13. Et hæc mensuræ altaris in cubito cubiti ※ et cubiti ⁚, et palmi (*p*) sinus profunditas super cubitum, et cubitus latitudo, et gisus super labio ejus circumcirca palmi ※ unius ⁚. Et hæc altitudo altaris 14. a profundo exordii profunditatis ejus ad propitiatorium magnum, hoc subter, cubitorum duorum, et latitudo cubiti : et a propitiatorio parvo super propitiatorium magnum, cubiti quatuor, et latitudo cubitus. 15. Et Ariel cubitorum quatuor, et ab Ariel et super cornua cubitus. 16. Et ipsum Ariel, cubitorum duodecim longitudo, super cubitos duodecim latitudo, quadrangulum super quatuor partes ejus. 17. Et propitiatorium, cubitorum quatuordecim longitudo, super cubitos quatuordecim latitudo, quadrangulum super quatuor partes ejus : (*q*) et gisus ejus circumcirca gyrans illud dimidium cubiti : (*r*) et circuitus ejus cubitus circumcirca, et gradus ejus respicientes versus orientem. 18. Et dixit ad me : Fili hominis, hæc dicit Dominus Dominus : Hæc præcepta altaris in die effectionis ejus, ad offerendum super eo (*s*) holocausta, et ad effundendum ad illud sanguinem. 19. Et dabis sacerdotibus Levitis, qui ex semine Sadduc, appropinquantibus ad me, dicit Dominus Dominus, et ministrent mihi vitulum ex bobus pro peccato : 20. et sument ex sanguine ejus, et ponent super quatuor (*t*) cornua altaris, et super

(*i*) S., ostium in principio viæ, quæ via erat ante septum domus transmigrationis, versus viam orientalem ingredienti. (*k*) S., et ibi deponent vestimenta sua. (*l*) S., quum ingrederer ad corrumpendum portam. *Th.*, quum ingrederetur. (*m*) *Th.*, et in cadaveribus regum suorum prostratorum. (*n*) S., ut mensuretur exemplar, et pœnitebit eos omnium, quæ fecerunt : descriptionem domus, et perfectionem, quæ simul, ejus. *Th.*, et metiantur cum exemplari suo, et erubescant de omnibus, quæ fecerunt, a furore (anceps hæreo, annon התהא *determinatio* pro חמתא *furor* legendum sit) domus, et a præparatione ejus. (*o*) S., et descriptiones ejus, et omnes terminos cum descriptionibus ejus. (*p*) S., in inclusione, cubiti et cubiti latitudo, et terminus ad labium ejus. (*q*) S., et terminus in circuitu ejus. (*r*) S., et inclusio ejus cubitulina. (*s*) S., oblationem. (*t*) Partes

quatuor angulos propitiatorii, et super basin per circuitum, ※ et adsperges super illud :, et expiabunt illud; 21. et sument vitulum, qui pro peccato, et comburetur in loco separato domus extra Sancta. 22. Et die secundo sument hædos duos caprarum sine macula pro peccato, et expiabunt altare, sicut expiarunt in vitulo. 23. Et postquam (u) absolvisti expiationem, offerent vitulum sine macula de bobus, et arietem sine macula de ovibus, 24. et offeretis coram Domino: et aspergent sacerdotes super ea sal, et offerent ea holocausta Domino. 25. Septem diebus facies hædum pro peccato quotidie, et vitulum ex bobus, et arietem ex ovibus sine macula facient 26. septem diebus: et expiabunt altare, et mundabunt illud, et implebunt manus suas. 27. ※ Et consummabunt dies :, et erit a die octavo, et deinceps, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, et quæ salutis vestræ: et suscipiam vos, dicit Dominus Dominus.

Cap. XLIV. — 1. Et convertit me super viam portæ Sanctorum exterioris, respicientis versus orientem, et hæc erat clausa. 2. Et dixit ad me Dominus: Porta hæc clausa erit, non aperietur, nec quis transibit per eam, quia Dominus Deus Israelis ingredietur per eam, et erit clausa. 3. Quia dux ※ princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino: super viam (x) Ælam portæ ingredietur, et super viam ejus egredietur. 4. Et introduxit me (y) super viam portæ, quæ ad aquilonem contra domum: et vidi, et ecce plena gloriæ Domini domus Domini: et cado super faciem meam. 5. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, dispone in cor tuum, et vide oculis tuis, et auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor cum te (z) secundum omnia præcepta domus Domini, et omnia legitima ejus. Et dispones cor tuum in introitum domus secundum omnes exitus ejus, et in omnibus Sanctis. 6. Et dices ÷ ad domum : irritantem, ad domum Israelis: Hæc dicit Dominus Dominus: Sufficiat vobis de omnibus iniquitatibus vestris, domus Israelis, 7. eo quod inducitis filios alienigenas non circumcisos corde, et non circumcisos carne, ut sint in Sanctis meis, et profanabant ea, cum offertis panes meos, adipem, et sanguinem: et transgressi estis testamentum meum in omnibus iniquitatibus vestris, 8. ※ et non custodiistis custodiam Sanctorum meorum :, et disposuistis custodire custodias in Sanctis meis. 9. Propter hoc hæc dicit Dominus Dominus: Omnis filius alienigena (a) non circumcisus corde, nec circumcisus carne, non ingredietur in Sancta mea in omnibus filiis alienigenarum, qui sunt in medio domus Israelis, 10. (b) sed Levitæ, qui recesserunt a me, cum erraret Israel, ※ qui errarunt : a me post cogitationes suas, et accipient

A injustitiam suam, 11. et erunt in Sanctis meis ministrantes, ostiarii super portis domus, et ministri domui: isti immolabunt holocausta, et sacrificia populo, et isti stabunt ante populum, ut ministrent eis, 12. pro eo quod ministrabant eis ante faciem idolorum suorum; et factum est domui Israelis in tormentum injustitiæ. Propter hoc levavi manum meam super eos, dicit Dominus Deus, ※ et accipient iniquitatem suam : 13. et non accedent ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, neque ut offerant ad omnia Sancta ÷ filiorum Israelis :, nec ad Sancta Sanctorum meorum: et accipient ignominiam suam in errore, quo errarunt. 14. (c) Et deducent eos, ut custodiant custodias domus in omnia opera ejus, et in omnia quæ fecerint in ea 15. sa-

B cerdotes (d) Levitæ filii Sadduc, qui custodierunt custodias Sanctorum meorum, cum erraret domus Israelis a me: hi accedent ad me, ut ministrent mihi, et stabunt coram facie mea, ut offerant mihi ÷ sacrificium :, adipem, et sanguinem, dicit Dominus Deus. 16. Isti ingredientur in Sancta mea, et isti ingredientur ad mensam meam, ut ministrent mihi, et custodient custodias meas. 17. Et erit, cum ingrediuntur portas atrii interioris, stolas lini induent, non induent lanam, quando ministrant a porta atrii interioris, et ※ intrinsecus :. 18. (e) Cidares lini erunt eis super capitibus eorum, et subligacula lini erunt eis super lumbis eorum, et non se accingent (f) violenter. 19. Et quando egrediuntur in atrium exterius ad populum, se exuent

C stolis suis, in quibus ministrant in eis, et ponent eas in exedris Sanctorum, et induent stolas alias, et (g) non sanctificabunt populum in stolis suis. 20. Et capita sua non tondent, et capillos suos non radent, operient capita sua. 21. Et vinum non bibent omnis sacerdos, quando ingrediuntur in atrium interius. 22. Et viduam, et repudiatam non sument sibi in uxores, sed virginem e semine domus Israelis: et viduam, si fuerit ※ vidua : de sacerdote, sument. 23. Et populum meum docebunt inter sanctum et profanum, et inter non mundum et mundum cognitum facient eis. 24. Et de judicio sanguinis ipsi stabunt ad discernendum: justificationes meas ÷ justificabunt :, et judicia mea judicabunt,

D et legitima mea, et præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodient, et sabbata mea sanctificabunt. 25. Et super animam hominis non ingredientur, ad polluendum se, sed super patre, et super matre, et super filio, et super filia, et super fratre, et super sorore sua, quæ non fuit viro, se polluet. 26. Et postquam mundatus fuerit, septem dies numerabit ipse sibi. 27. Et die quo ingrediatur ※ in Sanctuarium : in atrium interius, ad ministrandum in Sancto, offeret expiationem, dicit Dominus (h) Deus,

(u) Completa est. (x) S., vestibuli. (y) S., per viam. (z) S., de. (a) S., non purus corde, nec purus carne. (b) S., et Levitæ enim, qui procul fuerunt a me, cum errarent filii Israelis, qui errarunt a me, ut adhærescerent idolis suis, accipient iniquitatem suam. (c) S., disposui eos enim custodes custodiæ domus. (d) Autem. (e) S., ornamenta lini erunt. (f) S., in sudore. (g) S., non erunt, sanctificantes cum sunt, cum populo in vestimentis sæcularibus, nec capillum relinquent, sed radendo radent capita sua. (h) Adonai.

28. (*i*) et erit eis in hæreditatem : ego hæreditas eis, et possessio eis non dabitur in filiis Israelis; ※ quia ⁚ ego possessio eorum. 29. Et sacrificia, et quæ pro peccatis, et quæ pro ignorantia, hi comedent : et omnis separatio in Israele eis erit : 30. primitiæ omnium, et primogenita omnium, et separationes omnes, de omnibus primitiis vestris, sacerdotibus erunt : (*k*) et primitias proventus vestri dabitis sacerdoti, ut ponat benedictiones super domos vestras. 31. Et omne mortuum, et captum a bestiis de ave, et de jumento, non comedent sacerdotes.

Cap. XLV. — 1. Et cum metimini terram in hæreditate, separabitis primitias Domino, sanctum de terra, quinque et viginti millia longitudinem, et latitudinem decem millia : sanctum erit in omnibus terminis ejus per circuitum. 2. Et erit ex hoc ※ in ⁚ Sanctuarium quingenti super quingentos quadrangulum per circuitum, et cubiti quinquaginta (*l*) spatium eorum per circuitum. 3. Et a mensura hac mensurabis longitudinem quinque et viginti millia, et latitudinem (*m*) decem millia : et in ipsa erit Sanctuarium, Sancta Sanctorum. 4. Sanctum de terra erit sacerdotibus ministrantibus in Sancto, et erit eis, qui accedunt ad ministrandum Domino : et erit eis locus in domos separatas Sancto eorum, 5. (*n*) viginti et quinque millia longitudo, et latitudo (*o*) decem millia erunt, et Levitis, qui ministrant domui, eis in possessionem (*p*) urbes ad habitandum. 6. Et possessionem urbis dabis, quinque millia latitudinem, et longitudinem quinque et viginti millia, quemadmodum et primitiæ Sanctorum omni domui Israelis erunt, 7. et duci ex hoc : et ex hoc in primitias Sanctorum, in possessionem urbis, contra faciem primitiarum Sanctorum, et contra faciem possessionis urbis, quæ ad mare, et ab iis quæ ad mare ※ versus orientem ⁚ ad orientem : et longitudo sicut una ex partibus a terminis qui ad mare : et longitudo super terminos qui ad orientem terræ. 8. Et erit ei in possessionem in Israele, et non oppriment amplius duces Israelis populum meum, et terram hæreditabunt domus Israelis secundum tribus suas. 9. Hæc dicit Dominus Dominus : Sufficiat vobis, duces Israelis, injustitiam et depressionem auferte, et judicium et justitiam facite : (*q*) tollite oppressionem de populo meo, dicit Dominus (*r*) Deus. 10. (*s*) Statera justa, et mensura justa, et chœnix justus erit vobis mensuræ : 11. et chœnix similiter unus erit ad accipiendum : decima pars Gomor, chœnix : et decima pars, et Gomor ※ Ophi ⁚, sicut Gomor erit æquale.

A 12. Et pondera viginti oboli, viginti sicli, quinque et (*t*) viginti sicli, decem et quinque sicli mina erit vobis. 13. Et hæ primitiæ, quas separabitis : sextam partem (*u*) mensuræ de (*x*) Gomor tritici, et sextam partem ophi de coro hordei. 14. (*y*) Et præceptum olei, pateram olei, ※ decimum ⁚ (*z*) de decem pateris, ※ (*a*) decem pateræ Gomor ⁚, quia decem pateræ sunt gomor. 15. Et ovem unam ex (*b*) decem ovibus, ÷ separatio ex omnibus ⁚ ex aquagiis Israelis, in sacrificia, et in holocausta, et in ea quæ salutis, ad expiandum pro vobis, dicit Dominus Deus. 16. Et omnis populus ※ terræ ⁚ (*c*) dabit primitias has duci Israelis, 17. et per ducem erunt holocausta, et sacrificia, et libamina in solennitatibus, et in noviluniis, et in sabbatis, et in omnibus B solennitatibus domus Israelis : ille faciet quæ pro peccato, et sacrificium, et holocausta, et quæ salutis, ad expiandum pro domo Israelis. 18. Hæc dicit Dominus Deus : In mense primo, uno mensis, sumetis juvencum de bobus sine macula ad expiandum Sanctuarium. 19. Et sumet sacerdos de sanguine ejus expiationis, et dabit super limina domus, et super quatuor angulos (*d*) templi, et super altare, et super limina portæ atrii interioris. 20. Et sic facies in mense septimo, uno mensis, sumes ab unoquoque ※ (*e*) qui errat sibi ⁚, et ab infante (i. e., simplici) : et expiabitis domum. 21. Et in mense primo, ※ in die ⁚ quarto decimo mensis, erit vobis Pascha solennitas : septem diebus azymum C comedetis. 22. Et faciet dux in illo die pro se, et pro ÷ domo ⁚, et pro omni populo terræ juvencum pro peccato. 23. Et septem diebus solennitatis faciet holocausta Domino septem juvencos, et septem arietes sine macula quotidie his septem diebus, et pro peccato hædum caprarum quotidie, et sacrificium. 24. (*f*) Et satum juvenco, (*f*) et satum arieti facies, et olei (*g*) In sato. 25. Et in mense septimo, die quintodecimo mensis, in solennitate facies juxta ipsa hæc septem diebus, sicut quæ pro peccato, et sicut holocausta, et sicut satum, et sicut oleum.

Cap. XLVI. — 1. Hæc dicit Dominus Deus : Porta, quæ in atrio interiori, respiciens ad orientem, erit clausa sex diebus, quæ sunt operis : in die autem sabbatorum aperietur, 2. et ingredietur D dux (*h*) super via Ælam portæ exterioris, et stabit super vestibulo portæ, et facient sacerdotes holocausta ejus, et quæ salutis ejus. 3. Et adorabit ante vestibulum portæ, et egredietur, et porta non claudetur usque ad vesperam : (*i*) et adorabit populus terræ versus vestibulum portæ illius, in sabbatis, et in noviluniis coram Domino. 4. Et holocausta quæ

(*i*) S., apprehensio sortis autem hoc, quod erit eis. (*k*) S., et primitias ciborum vestrorum dabitis sacerdoti. (*l*) S., terminus circum. (*m*) Viginti. (*n*) S., hæc autem viginti et quinque millia longitudinis, sedecim millia latitudo erit Levitis. (*o*) Viginti. (*p*) viginti exedræ. (*q*) S., transferte terminos vestros. (*r*) Adonai. (*s*) Ophi et bati pondus unum erit, in variatione decima pars bati corus, et decima pars cori ophi; sicut eo us erit pondus uniuscujusque. Statera vero viginti oboli, viginti appensi. (*t*) Decem. (*u*) Ophi. (*x*) Coro. (*y*) Et jus. (*z*) Mensura de coro. (*a*) Decem mensuræ corus. (*b*) Ducentis. (*c*) S., ordo erit ei secundum separationem hanc principi Israelis : tollentur vero super principem oblationes, et donum, et libamina. (*d*) S., stadii. (*e*) S., qui non scit, et errat. (*f*) Et ophi. (*g*) In. (*h*) S., per viam vestibuli. (*i*) S., sed adorabunt.

offeret dux Domino in die sabbatorum, sex agnos A
sine macula, et arietem sine macula, 5. (*k*) et manaa, satum arieti, et agnis sacrificium, donum manus suæ, et (*l*) In olei sato. 6. Et in die novilunii juvencum ⋇ filium bovis ⁚ sine macula, et sex agnos, et aries sine macula erunt, 7. et satum juvenco, et satum arieti erit manaa, et agnis, sicut suffecerit manus ejus, et In oleo sati. 8. Et quando ingredietur dux, super via Ælam portæ ingredietur, (*m*) et super via portæ egredietur. 9. Et quando ingredietur populus terræ coram Domino in solennitatibus, qui ingreditur super via portæ, quæ ad septentrionem, ut adoret, egredietur super via portæ, quæ ad austrum : et qui ingreditur super via portæ, quæ ad austrum, egredietur super via portæ, quæ ad septentrionem : non revertetur super B
via portæ, in quam ingressus est, sed e regione ejus recte egredietur. 10. Et dux in medio eorum, quando ingredientur, ingredietur ÷ cum eis ⁚, et quando egredientur, egredietur ⋇ cum eis ⁚. 11. In solennitatibus, et in festis erit manaa (*n*) satum juvenco, et satum arieti, et agnis, sicut suffecerit manus ejus, et In olei sato. 12. Si autem fecerit dux confessionem, holocaustum aut (*o*) salutaris ⋇ voluntarium ⁚ Domino, et aperiet sibi ipsi portam respicientem versus orientem, et faciet holocaustum suum, et quæ salutis suæ, quemadmodum facit in die sabbatorum : et egredietur, et claudet portas, postquam egressus fuerit, 13. et agnum anniculum sine macula faciet in holocaustum quotidie Domino, mane mane faciet eum, 14. (*p*) et C
manaa faciet super eo : mane mane sextam partem mensuræ, et oleum tertiam partem In ad miscendum similam manaa Domino, præceptum ⋇ quod in sæculum ⁚ jugiter 15. facietis agnum : et manaa, et oleum facietis mane, holocaustum jugiter. 16. Hæc dicit Adonai Dominus : Si dederit dux donum uni ex filiis suis de hæreditate sua, hoc filiis ejus erit : possessio ⋇ eorum ipsa ⁚ in hæreditate. 17. Si autem dederit donum ⋇ de hæreditate sua ⁚ uni ex servis suis, et erit ei usque ad annum dimissionis, et redibit ad ducem, præter hæreditatem filiorum ejus eis erit. 18. Et non sumet dux de hæreditate populi sui ad opprimendum eos : de possessione sua ⋇ de hæreditate sua ⁚ hæredes faciet D
filios suos, ut ne dispergatur populus meus unusquisque de possessione sua. 19. Et introduxit me in ingressum, quæ contra austrum, portæ, in exedram Sanctorum, sacerdotum, respicientem ad aquilonem : et ecce ibi locus separatus, 20. et dixit ad me : Hic locus est, ubi coquent ibi sacerdotes quæ pro ignorantia, et quæ pro peccato, et ibi depsent manaa omnino, non efferent in atrium exterius, ad sanctificandum populum. 21. Et eduxit me in atrium exterius, et circumduxit me super quatuor partes atrii : et ecce atrium (*q*) super latera atrii, 22. ÷ super latus atrii ⁚ atrium, super quatuor latera atrii (*r*) atrium parvum, longitudo cubitorum quadraginta, et latitudo cubitorum triginta, mensura [משוחתא pro משוחדא sane legendum] una ipsis quatuor. 23. (*s*) Et exedræ per circuitum in eis, per circuitum ipsis quatuor : (*t*) et culinæ, quæ factæ erant, sub exedris per circuitum. 24. Et dixit ad me : Hæ domus culinarum, ubi coquent ibi, qui ministrant (*u*) domui sacrificia populi.

Cap. XLVII. — 1. Et introduxit me super vestibulum domus, et ecce aqua egrediebatur desub subdiali domus versus orientem, quia facies domus respiciebat versus orientem, et aqua descendebat (*x*) a latere ⋇ domus ⁚ dextro, ab austro super altare. 2. Et eduxit me super via portæ, quæ ad aquilonem, et circumduxit me ad viam portæ foras ad portam ⋇ exteriorem ⁚ atrii respicientis versus orientem : et ecce aqua descendebat a latere dextro, 3. (*y*) sicut exitus viri ex adverso : et mensura, in manu ejus, et mensus est mille in mensura et transiit in aqua (*z*) aquam remissionis, 4. et mensus est (*a*) mille, et transiit in aqua aquam usque ad latera : et mensus est mille, et transivit aqua usque ad lumbum. 5. Et mensus est mille, et ecce torrens, quem non potuit transire, quia (*b*) pluit, diffluebat aqua, sicut impetus torrentis, qui non poterit transiri. 6. Et dixit ad me : Si vidisti, fili hominis? Et duxit me, ⋇ et convertit me ⁚ super labium fluvii, 7. in conversione mea : et ecce super labio fluvii arbores multæ admodum hinc et inde. 8. Et dixit ad me : Aqua hæc, quæ egreditur in (*c*) Galilæam, quæ ad orientem, et descendebat super Arabiam, et veniebat usque ad mare super aquam exitus : et sanabit aquas : 9. et erit omnis anima animalium leprosorum factorum, super omnia, quæ venerit super ea ille fluvius, vivet : et erunt ibi pisces multi admodum, quia veniet illuc aqua hæc, et sanabit, et vivet, quicquid venerit super illud fluvius, ⋇ ibi ⁚ vivet. 10. Et stabunt (*d*) super eo piscatores ⋇ multi ⁚ ab In-god et usque ad In-eglin : (*e*) expansio retium erit, a se et sibi erit : et pisces ejus sicut pisces maris magni, multitudo multa valde. 11. (*f*) Et in exitu ejus, ÷ et in conversione ejus ⁚, et in superflua elatione ejus non (*g*) sanabunt : in

(*k*) MANAA. (*l*) In. (*m*) *S.*, et super eadem via ejus. (*n*) Ophi. (*o*) Pacificum. (*p*) Et sacrificium. (*q*) *Th.*, in angulo atrii. (*r*) *S.*, atrium adhærens. (*s*) *S.*, ordo per circuitum erat in eis. (*t*) *S.*, sepimenta. (*u*) *S.*, Domino. (*x*) *S.*, *Th.*, desub humero dextro domus. (*y*) Egrediebatur vir versus orientem, cui erat funiculus mensuræ super manu : et cum mensus esset mille cubitos, traduxit me per aquam usque ad talos : et cum mensus esset mille, traduxit me per aquam usque ad genua : et cum mensus esset mille, traduxit me per aquam usque ad lumbum : et cum mensus esset mille, rivum, quem non potui transire, quia prævalebat aqua profunda rivi, qui non poterat transiri. (*z*) Usque ad talos. (*a*) In mensura. (*b*) Superbientes. Prævalentes. (*c*) *S.*, terminum orientalem, et descendit super *terram*, quæ non est habitabilis. (*d*) Ibi. (*e*) Extensiones retium erunt. (*f*) *S.*, cum vero egredientur ad ea, quæ propinqua, non sanabuntur. (*g*) Sanctificabunt

sal data sunt, 12. et super fluvio (*h*) ascendet super labio ejus hinc et inde omne lignum esculentum, non veterascet super eo, neque deficiet : fructus ejus novitatis primitias dabit, quia aquæ eorum ex Sanctuario hæ egrediuntur, et erit fructus eorum in cibum, et germen eorum in sanitatem. 13. Hæc dicit Dominus Deus : Hi sunt termini terræ, quos hæreditabitis, duodecim tribubus filiorum Israelis (*i*) augmentum funiculi. 14. Et hæreditabitis eam unusquisque, sicut frater ejus, super quam levavi manum meam, ad dandum eam patribus eorum : et cadet terra hæc vobis in hæreditatem. 15. Et hi termini terræ, quæ ad aquilonem, a mari magno descendente et discindente, introitus Sedad, 16. (*k*) Hamath, Beruthsepharvaim inter terminos Damasci et inter terminos Hamath, atrium (*l*) Thichon, quæ sunt supra terminos Hauran. 17. Hi termini a mari : ab atrio Ænan, termini Damasci, et qui ad aquilonem ※ super aquilonem, et terminus (*m*) ※ Asimoth, et terminus septentrionis. 18. Versus faciem orientis ⁚ inter Hauran, et inter Damascum, et inter Galaaditiden, et inter terram Israelis, Jordanis disterminat super mare, quod ad orientem palmeti. Hi qui ad orientem. 19. Et qui ad austrum et africum a Thæman, ÷ et palmeto usque ad aquam Mariboth Cadis, (*n*) se extendens super mare magnum. 20. Hæc pars austri et africi, hæc pars maris ※ maris ⁚ magni disterminat usque contra introitum Hamath, ÷ usque ad introitum ejus ⁚. Hi sunt, qui ad mare ÷ Hamath ⁚. 21. Et dividetis terram hanc eis, tribubus Israelis. 22. Mittetis eam in sorte vobis, et advenis commorantibus in medio vestri, qui genuerunt filios in medio vestri, et erunt vobis quasi nati regionis in filiis Israelis : cum vobis erunt in hæreditate in medio tribuum Israelis, 23. et erunt in tribu advenarum in advenis, qui cum eis : ibi dabitis hæreditatem eis, dicit Dominus Deus.

Cap. XLVIII. — 1. Et hæc nomina tribuum ab initio, quod ad aquilonem, super partem descensus discindentis super introitum Hamath atrii Ælam, terminus Damasci ad aquilonem versus partem Hamath ÷ atrii ⁚ : et erunt eis, quæ ad orientem usque ad mare, Dan una. 2. Et a terminis Dan, ab iis quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Asser una. 3. Et a terminis Asser, ab iis quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Nephthali una. 4. Et a terminis Nephthali, ab oriente usque ad ea quæ ad mare, Manasse una. 5. Et a terminis Manasse, ab iis quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Ephræm una. 6. Et a terminis Ephræm, ab iis quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Rubel una. 7. Et a terminis Rubel ab iis quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Judæ una. 8. Et a terminis Judæ, ab iis quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, (*o*) erunt primitiæ separationis, viginti et quinque millia latitudo, et longitudo sicut una ex partibus ab iis quæ ad orientem, et usque ad ea quæ ad mare : et erit Sanctuarium in medio eorum. (9). Primitiæ, quas separabunt Domino, longitudo quinque et viginti millia, et latitudo (*p*) decem millia. 10. Horum erunt primitiæ Sanctorum sacerdotum ad septentrionem quinque et viginti millia, et ad mare latitudo decem millia, ※ et ad orientem latitudo decem millia ⁚, et ad austrum longitudo viginti et quinque millia, (*q*) et erit mons Sanctorum in medio ejus 11. sacerdotibus, sanctificatis filiis Sadduc, custodientibus custodias domus, qui non erraruut in errore filiorum Israelis, quemadmodum erraruut Levitæ. 12. Et erunt eis primitiæ datæ ex primitiis terræ, Sanctum Sanctorum de terminis Levitarum. 13. Levitis autem quæ propinqua terminis Sacerdotum, quinque et viginti millia longitudo et latitudo decem millia : omnis longitudo quinque et viginti millia, et latitudo decem millia. 14. Non vendetur ex eis, et (*r*) non mensurabuntur, nec separabuntur (*s*) primitiæ proventuum terræ, quia Sanctum est Domino. 15. Quinque autem millia superflua quæ super latitudine super viginti et quinque millibus, antemurale erit urbi in habitaculum, et in intervallum ejus : et erit urbs in medio ejus. 16. Et hæ mensuræ ejus : ab (*t*) iis quæ ad aquilonem, quingenti et mille quater, et ab iis quæ ad austrum, quingenti et millia quatuor, et ab iis quæ ad orientem, quingenti et millia quatuor, et ab iis quæ ad mare, quingenti et mille quater. 17. Et erit (*u*) intervallum urbi ad aquilonem ducenti et quinquaginta, et ad austrum ducenti et quinquaginta, et ad orientem ducenti et quinquaginta, et ad mare ducenti et quinquaginta. 18. Et superfluum longitudinis, (*x*) quod propinquum primitiis Sanctuarii, decem millia ad orientem, et decem millia ad mare : et erunt primitiæ Sanctuarii, et erunt proventus ejus in panes iis, qui operantur urbi. 19. Qui autem operantur urbi, operabuntur ei ex omnibus tribubus Israelis. 20. Omnes primitiæ quinque et viginti millia super quinque et viginti millia : (*y*) quadrangulum separabitis ejus in primitias Sanctuarii (*z*) a possessione urbis. 21. Quod autem superfluum, duci ex hoc et ex hoc a primitiis Sanctuarii, et in possessionem urbis ※ contra faciem ⁚ (*a*) super quinque et viginti millia longitudo, usque ad terminos eorum, quæ ad orientem et ad mare, ※ super ⁚ faciem quinque et viginti millia, usque ad terminos eorum, quæ ad mare, in propinquo partium ducis : et erunt primitiæ Sanctorum, et Sanctuarium domus in medio ejus : 22. et de possessione Levitarum, et de possessione urbis in medio, ducis erit inter terminos Judæ, et

(*h*) S., naturale fuit. (*i*) S., Joseph funiculus protensus. (*k*) Admab Thiras, Ephrim Aliam. (*l*) Eunan. (*m*) Hamath. (*n*) S., apprehensio sortis. (*o*) S., dabitis primitias. (*p*) Viginti et quinque. (*q*) S., ita ut sit Sanctuarium Domini in medio ejus. (*r*) Non permutabunt. (*s*) *Th.*, primitiæ terræ. (*t*) S., facie. (*u*) *Th.*, distantia. (*x*) S., secundum primitias Sanctuarii. *Th.*, contra primitias. (*y*) S., quartam partem. (*z*) S., *Th.*, ad possessionem urbis. (*a*) S., viginti et quinque millium.

inter terminos Benjamin, ducis erit. 23. Et superfluum tribuum, ab his quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Benjamin, una. 24. Et a terminis Benjamin, ab his quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Simeon una. 25. Et a terminis Simeon, ab his quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Issachar, una. 26. Et a terminis Issachar, ab his quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Zabulon, una. 27. Et a terminis Zabulon, ab his quæ ad orientem usque ad ea quæ ad mare, Gad, una. 28. Et a terminis Gad usque ad ea quæ ad austrum : et erunt termini ejus a Thæman, (*b*) et ab aqua Mariboth Cades, hæreditas usque ad mare magnum. 29. Hæc terra, quam mittetis in hæreditate tribubus Israelis : et hæ divisiones earum, dicit Dominus Deus. 30. Et hæ plateæ urbis quæ ad aquilonem A quater mille et quingenti mensura. 31. Et portæ urbis super nominibus tribuum Israelis : portæ tres quæ ad aquilonem, porta Rubel, una : et porta Judæ, una : et porta Levi, una. 32. Et quæ ad orientem, quater mille et quingenti : et portæ tres, porta Joseph, una : et porta Benjamin, una : et porta Dan, una. 33. Et quæ ad austrum, quater mille et quingenti mensura : et portæ tres, porta Simeon, una : porta Issachar, una : porta Zabulon, una. 34 Et quæ ad mare, quater mille et quingenti mensura : portæ tres, porta Gad, una : ÷ et ⁑ porta Asser, una : ÷ et ⁑ porta Nephthali, una. 35. Circuitus, octodecim millia : et nomen urbis, (*c*) a die quo facta fuerit, Dominus ibi, erit nomen ejus.

(*b*) *S.*, in aqua contradictionis. (*c*) *S.*, ab illo die Dominus ibi. *Th.*, die suo Domini nomen ibi.

IN DANIELEM MONITUM.

« Lectorem admoneo, (*inquit Hieronymus præfat. in Dan.*) Danielem non juxta LXX Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit : licet eum quidam dicant Ebionitam, qui altero genere Judæus est. Sed et Origenes de Theodotionis opere in editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt ; et rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi Ecclesiæ tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorumque et Ægyptiorum hanc sub asteriscis et obelis editionem legant ; ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros quod Græci in Aquilæ et Theodotionis ac Symmachi editionibus lectitant. Et si illi in tantis divitiis doctrinarum non contemnunt studia hominum Judæorum ; cur latina paupertas despiciat hominem Christianum, cujus si opus displiceat, certe voluntas recipienda est ? » Hæc Hieronymus, cujus postrema verba non carent difficultate, quæ in Præliminaribus excussa. Cum autem, ut ille ait, Ecclesiæ Danielem, non secundum LXX, sed secundum Theodotionem legerent, hic contigit ut editio τῶν O' prorsus exciderit, et Theodotionis sola remanserit. Varias autem lectiones et Interpretationes mutuati sumus ex codicibus et libris quorum catalogum subjicimus.

Codex Regius XIII sæculi bombycinus, qui est catena in prophetas omnes, de quo in monitis supra.
Codex antiquissimus IX sæculi San-Germanensis, olim Corbeiensis, Hieronymi in Danielem.
Eusebius in Demonstratione Evangelica.
Joannes Chrysostomus in Danielem editus a Cotelerio anno 1661.
Hieronymus in Danielem editus a Joanne Martianæo nostro.
Theodoretus in Danielem.
Polychronius ex Catenis.
Chronicon Alexandrinum.
Editionis Romanæ et Drusii notæ.

[Textum LXX Senum, item genuinum Theodotionis, præmisimus ex editione Vincentii de Regibus, qui utrumque descripsit e codice Chisiano. Cum autem reliquorum interpretum versiones plerumque deficiant, et inde paginæ nimis vacuæ evasuræ sint, statuimus librum Danielis eadem forma edere qua dedit Montfauconius. i. e., continua serie absque distributione per columnas. DRACH.]

ΔΑΝΙΗΛ

ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΕΚ ΤΩΝ ΤΕΤΡΑΠΛΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ.

DANIEL

SECUNDUM SEPTUAGINTA, EX TETRAPLIS ORIGENIS,

Eruit e singulari Chisiano codice annorum supra ɪↄccc, et edidit Romæ anno 1772

R. D. Vincentius de Regibus.

TESTIMONIA DE CODICE CHISIANO.

LEONIS ALLATII.

Codex est antiquissimus, correctissimus et absolutissimus, et, ut ipse judico, ante millesimum et ducentesimum annum scriptus. Auro contra carior et patera aurea, gemmis gravi, pretiosior existimandus.

CARDINALIS BONÆ.

Utinam haberemus integra Origenis Tetrapla, Hexapla et Octapla; non tot quæstiones exortæ fuissent de Græcis sacræ Scripturæ editionibus, earumque fide et sinceritate. Sed quandoquidem illa perierunt, et nunc emersit hoc fragmentum continens ɪv majores Prophetas juxta versionem LXX Interpretum ex ipsis Hexaplis Origenis transcriptos, operæ pretium fore existimarem si typis evulgarentur. Nam Origenes textum LXX ex Autographo Alexandriæ reperto descripsit, ejusque puram editionem exhibuit, quæ ab omnibus, atque etiam ab ipso S. Hieronymo, pro sincera habita fuit. Quia vero post versionem LXX, quam ante Christum annis ccʟxxvɪɪɪ factam fuisse docet Petavius, tres aliæ secutæ sunt, nimirum Aquilæ Pontici ex Christiano Judæi circa annum Christi cxxx, Theodotionis Ephesii, ex Christiano et Ebionita Judæi circa annum cʟxxxv, et Symmachi Samaritani ex Judæo Christiani et Ebionitæ circa annum cc, has una cum translatione LXX per columnas disposuit, et Tetrapla appellavit. Adeptus postea linguæ Hebraicæ cognitionem addidit textum Hebraicum, characteribus in una columna Hebraicis, in altera Græcis : unde Hexapla. Demum repertis quinta et sexta translationibus, illa Hierichunte in doliis sub Caracalla, hac Nicopoli ad Actium promontorium tempore Alexandri Severi, eas cæteris adjunxit, et Octapla nominavit. Commendant hunc Origenis laborem Hieronymus, et Epiphanius, tametsi ipsi infensi, hic lib. de Ponderibus et mensuris, ille in cap. ɪɪɪ Epist. ad Titum : et de eo disserit ipsemet Origenes tract. 8 in Matth., et epist. ad Julium Africanum. Cum autem Hexapla nonnisi magnis sumptibus describi possent, Eusebius Cæsariensis et Pamphilus Martyr solam versionem LXX ex ipsis Hexaplis emendatissime descripserunt, quæ pura, et immaculata in Ecclesiis Orientalibus conservata est, teste D. Hieronymo Epist. ad Suniam et Fretelam, qui etiam de hac re legi debet epist. 107, ad Chromatium. Constat hinc evidenter, hunc Codicem quantivis pretii esse, tum ob raritatem, tum quia credendum est textum LXX purum hic et sincerum ex Hexaplis exhiberi.

ANONYMI JUDICIUM.

Septuaginta ut vocant versionem magni semper habitam fuisse, a nemine, quod sciam, rerum illarum perito in dubium revocatur. Utrum vero modo exstet illa versio, nonnulli dubitant; longe tamen probabilius est illam etiamnum exstare; a Veteribus enim multa illius loca citantur, quæ in nostris Codicibus Græcis hodienum legimus : non negarim tamen multa in eam vitia irrepsisse, tum ex ignorantia, et negligentia Scriptorum, tum ex hæreticorum malitia, ita ut Latinos et Hebraicos textus, auctore Bellarmino lib. ɪɪ de Verbo Dei cap. 6, ex Græcis Codicibus emendare jam tutum non sit : nec mirum si prædicta versio vitiata sit hoc sæculo, quam D. Hieronymus a mille ducentis quinquaginta annis corruptam esse pronuntiavit, Præfat. in Paralip. et Esdr.

Inde autem, opinor, errores in eam irrepserunt, quod cum multæ versiones essent, commistæ deinde inter se, atque adeo valde confusæ manserint : nam præter versionem ʟxx, fuerunt tres aliæ, Aquilæ sci-

licet, Theodotionis, et Symmachi, Judæorum, vel hæreticorum hominum ; ex quibus Origenes Tetrapla sua composuit, quibus addidit Hierichuntinam, et Nicopolitanam, ut jam non Tetrapla, sed Hexapla essent; sed tandem Octapla evaserunt, addito Hebraico textu litteris Græcis et Hebraicis. Alia item versio ex prædictis ab Origene compilata fuit, seu compacta, ut testatur Hieronymus epist. 89 ad Augustin., cui accesserunt tres aliæ, Luciani scilicet Martyris, Hesychii, et Hieronymi ex Latino in Græcum versi, teste ipsomet Hieronymo in lib. de Vir. Illustr. in Sophronio, et lib. II contra Ruffinum : addi posset alia quam Κοινὴν, seu Communem vocant, nisi forte eadem sit cum alia prædicta ab Origene compacta, quam idem auctor suis asteriscis et obelis distinxerat, qui tamen temporum injuria et Scriptorum incuria exciderunt.

Anno vero elapsi proxime sæculi 1587, jussu et auctoritate Sixti V versio LXX edita fuit ex Codice Vaticano antiquissimo, cum multis aliis summa diligentia collato, cui alius omnino similis ex magna Græcia in Urbem delatus est, qui deinde penes Anton. Caraffam S. R. E. cardinalem remansit, cujus præsertim curæ et industriæ dicta editio commissa fuerat, quo factum est ut antiquo fere nitori restituta, saltem ut auctor in præfatione testatur, prodierit.

His præmissis, de Codice Chigiano dicendum restat, qui cum ab editione Sixtina, de qua supra, in nonnullis discrepet; quæ tamen ex antiquissimo Codice Vaticano, ante Hieronymi ætatem, ut aiunt, exarato, ac proinde sinceriore, excerpta est, non nemo forte putaret aliud quidpiam esse a LXX versione : accedit quod cum Vulgata nostra in multis consentit, non modo secundum verborum contextum, verum etiam secundum capitum ordinem, in quo convenit cum Vulgata, differt a Sixtina, ut videre est in Jeremia et Daniele.

At certissimum est Codicem ex ipsismet Hexaplis exscriptum esse, cum hoc expresse legatur fol. 130, pag. 1, fol. 167, p. 1, fol. 135, p. 1, fol. 315, p. 2 et alibi, ac fere semper idem sit verborum et sententiarum tenor, quem in Sixtina observamus : nec obstat aliqua diversitas, tum verborum, tum etiam ordinis rerum et capitum; quia cum certum non sit Codicem Vaticanum sinceram LXX Versionem continere, certum etiam non est, Chigianum ab ea diversum esse, quamvis alioquin a Vaticano in multis discrepet : nec obest discrimen ordinis seu dispositionis, hæc enim in antiquis manuscriptis varia est.

Cum vero in hoc Codice maximam asteriscorum et obelorum silvam habeamus, quibus ea designantur, quæ in Vaticano, seu Sixtina editione desiderantur, quæ tamen legimus in nostra Vulgata, imo addita illa signis præfixis, eumdem aliquando sensum aliis repetant verbis, cujus rei luculentum exemplum exstat fol. 112, pag. 1, in fine Jeremiæ : inde forte conjicere possumus hunc Codicem complecti antiquam illam Vulgatam Græcorum ab iis Κοινὴν dictam, quam Origenes contexuit, ut supra diximus; nempe Origenes postquam Hexapla et Octapla edidisset, ut sumptibus parceret solam LXX Versionem emendatam ex iis excerpsit, additis quæ deerant ex Theodotione aliisque versionibus, præfixis asteriscis atque obelis, eamque edidit ad instar novæ versionis.

Hanc autem non receptam modo, et in omnes Bibliothecas admissam, verum etiam maximopere probatam fuisse testatur Hieronymus epist. 89, ad August. : imo idem Hieronymus præfat. lib. XVI in Isaiam, dicit eamdem esse cum illa communi, seu vulgata quam Græci Κοινὴν vocant, et licet aliter sentire videatur in epist. ad Suniam et Fretelam his verbis : « Sciatis, inquit, aliam esse editionem quam Origenes, et Cæsariensis Eusebius, omnesque Græci tractatores Κοινὴν appellant, atque vulgatam et a plerisque nunc Λουκιανός dicitur, aliam Interpretum, quæ in Ἑξαπλοῖς Codicibus reperitur : » ex quibus non nemo forte deduceret, diversam ab ea fuisse, quam Origenes contexuit, cum Origenes illam pro diversa habere videatur; hoc tamen non obstat; quia Origenes ex Hieronymo, non dicit, aliam esse ab ea quam ipse composuit, sed a versione LXX. Loquitur autem hoc loco Hieronymus de Psalterio illo communi, seu vulgato, quod, inquit, Origenes emendarat, et post eum Lucianus Martyr : itaque teste Hieronymo, certum est antiquam illam Κοινὴν Græcorum eamdem esse cum illa, quam Origenes ex versione LXX emendata, additis multis ex aliis versionibus, composuit. Conjectura autem in eo fundatur, quod cum versione LXX emendata, alia etiam ex aliis versionibus conjuncta sint, suis asteriscis et obelis designata, tum in prædicta versione Origenis, tum in Codice Chigiano. Quod vero addita illa in vulgata nostra legantur, adeo mirum non est; nam cum vulgata nostra sit Hieronymi, quod longe verisimilius est, vel antiqua illa, quam Augustin. lib. II, Doctr. Christ. cap. 15. Italam vocat, et aliis omnibus præferendam esse judicat, ab Hieronymo deinde ex Hebraico textu, ac præsertim ex Theodotionis versione emendata, nil mirum si ea, quæ præfixis asteriscis in Codice Chigiano notata fuerunt, et LXX versioni ex Theodotione aliisque addita, in vulgata nostra legantur.

Restat igitur ut dicamus in hoc Codice LXX versionem contineri, Sixtinæ tamen dissimilem, in iis scilicet, in quibus ab Origene post Hexapla edita, emendata fuit; multis ex Theodotione et Hebraico textu additis, et asterisco vel obelo signatis, quæ in vulgata nostra leguntur : quia hæc, ut dixi, vel est Hieronymi, ac proinde ex textu Hebraico, vel antiqua illa Itala, ab eodem Hieronymo ex Hebraico emendata, et forte ex antiqua illa Græcorum communi de qua supra : unde, meo judicio, recte dicitur Chigianus Codex ex Tetraplis, vel Hexaplis exscriptus, ex quibus etiam ultima versio Origenis excerpta fuerat, multis licet additis aucta, asterisco signatis, quæ in hoc Codice iisdem signis notata, ut et in Vulgata nostra legimus.

Ex his manifestum fit quanti faciendus sit Chigianus Codex, qui nobis aperit primos illos fontes, ex quibus Vulgata nostra, quam Concil. Tridentinum authenticam declaravit, si non prodiit, saltem emendata fuit, ac proinde Codici Vaticano impar esse non videtur, imo forte illi anteponendus, quia certi sumus illum ex ipsis Hexaplis excerptum fuisse, non ita forte Codicem Vaticanum.

Codicis antiquitas probari potest ex asteriscis, et obelis, item ex characteribus, et ex charta, denique in fine Isaiæ notatur hic numerus, ,ϛτωη', qui videtur esse annus æræ vulgaris inter Græcos ab orbe condito, quo amanuensis voluerit consignare tempus descriptionis hujus, sicque difficultas est in tertia littera, quæ non potest esse ω; hæc enim littera nota est centenarii octavi, cum tamen in hac penultima sede requiratur nota alicujus denarii : scriptum igitur a librario videtur per errorem, aut calami lapsum, ω pro π : π autem significat octoginta; si hoc sequamur, numerus hic erit 6388, ex quo si detrahamus 5508, qui est annus Christi nati ab orbe creato, secundum Græcos, residuus 880 erit annus Christi, quo hæc scripta esse dicuntur; conspectus porro ipse chartæ, et manus hanc ætatem hujus scripturæ facile suadet.

Omittendum non est, in hoc Codice contineri præter IV Prophetas majores, ut vocant, a fol. 172 ad fol. 188. breve Commentarium in somnium Nabuchodonosor a S. Hippolyto Martyre episcopo Portuensi compositum, cujus meminit Hieronymus in lib. Script. ecclesiast., Eusebius item et alii; dicit enim Hieronymus Hippolytum, præter alia multa, scripsisse in Danielem. Hoc opus in lucem huc usque editum non fuit, cui simile in Vaticana asservatur.

Denique operæ pretium fore putarem, hunc Codicem typis mandari, adhibita peritissimorum industria quæ omnino necessaria esse videtur ad emendationem et collationem.

Huc usque Testimonia in ipso Codice Chisiano asservantur.

D. JOANNIS MABILLONII

Iter Italicum, pag. 92.

Omnibus præstat Codex Græcus insignis ab annis minimum octingentis scriptus, continens quatuor Prophetas majores, item breve Commentarium in somnium Nabuchodonosoris a sancto Hippolyto Martyre et episcopo compositum, cujus meminit Eusebius, et post eum Hieronymus aliique. Hic Codex videtur ex ipsismet Origenis Hexaplis excerptus, uti diserte legitur fol. 130 recto, item fol. 155, 167, et fol. 315 verso, ut Holstenius qui Codicem viderat et fere integrum descripserat observavit. Appositi sunt passim asterisci et obeli. Huic similis est alter Codex in Bibliotheca Vaticana. Denique in fine Isaiæ apponuntur quidam numeri quibus tempus seu annum scripti Codicis designari quidam ab Alexandro VII consulti existimarunt. At numerum versuum his notis significari non dubitamus HCAIAC STI. T ΩK, id est, Isaiæ στίχοι (στίχοι) seu versus tria millia octingenti ac viginti.

D. BERNARDI MONTFAUCONII

Diarium Italicum, pag. 237.

Prophetæ omnes Græce cum Commentariis Origenis et Hesychii, ac Epistolis, Præfationibusque antiquis. Codex x sæculi eximiæ notæ membranaceus, Romæ in Bibliotheca Ghiggiana. Codex bombycinus alius, Prophetas item omnes complectens cum obelis et asteriscis, ac quibusdam Hexaplorum lectionibus ad marginem.

CARDINALIS QUIRINI

Ex Epistola ad A. S. Mazocchium XVI Kal. Dec. 1742.

Præsto mihi adest admodum opportune antiquiss. Codex Ms. Chisianæ Bibliothecæ, quem ex singulari inclytæ ejus familiæ beneficio in manibus modo habeo, ac servabo, donec Brixiæ mihi repetendæ tempus advenerit. Is quatuor Prophetas majores ex Origenianis Hexaplis accurate exscriptos complectens, auro contra carior, et patera aurea gemmis gravi pretiosior existimandus, ut loquitur Leo Allatius... Inde itaque depromere animus mihi est Jeremiæ prophetæ, qui primo loco inter quatuor illos ibi occurrit, caput unum in specimen propensæ meæ voluntatis in suppeditandis ex ipso, quæcunque studiis iisdem tuis quaqua ratione conducere posse cognosces. Hexaplaris vero textus ille præter obelos et asteriscos Origenianos, notis etiam marginalibus lectiones ex Aquilæ et Symmachi versionibus sed aliunde depromptas præferentibus exornatur in apographo ex vetustiss. illo Cod. derivato, cura profecto Leonis Allatii, cui opus illud integrum evulgandi Alexander VII P. M. provinciam demandaverat.

A. S. MAZOCHII

Ex Epistola ad card. Quirinum prid. Kal. Mart. 1743, adjunctaque Diatriba pag. XXVI.

Pudet me, Quirine Card. Amplissime, qui quod de Diptychis priore loco dixerim, Chisiano exemplari ad ultimum reservato (neque id sine turpi ὑστερολογίᾳ; quandoquidem in epistola illa altera tua eruditissima, cui nunc respondere adnitor, Codex Chisianus prior procedebat, pone Diptychon sequebatur), nunc demum spatiis exclusus iniquis, ut ille ait, reperiar. Etenim qui plura omnino, quam necesse fuerat, de Diptychis disseruerim, de Codice illo optimo ac præclarissimo qui nunc possim pro dignitate eloqui? — Mearum nunc partium erit, quæ de Codicis illius indole (quantum quidem ex fragmentis ad me missis potui judicare) adnotaverim, ne forte indignissimus tanto munere fuisse videar, breviter indicare. Ac primum omnium Codicis Chisiani textus merito Hexaplaris appellabitur, quia ex LXXvirali textu illo emendatissimo in Hexaplis apposito fideliter descriptus. Nam etsi Theodotionea quædam additamenta sub asteriscis inserta haberet: tamen quia demptis pannis illis, quos sub asterisco adsuerat Adamantius, textus Hexaplaris redibat, Codex Chisianus rectissime Hexaplaris dicetur. Quo spectat illud Hieronymi, « Vis amator esse verus LXX Interpretum? non legas ea, quæ sub asteriscis sunt. » Qui certe asterisci ab Hexaplari Seniorum contextu aberant.

EJUSDEM

Spicilegii Biblici tom. I, pag. 315.

Hieronymus (Præfatione in Danielem) jam olim monuerat, Prophetam hunc non juxta LXX Interpp., sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, additis tamen ab Origene asteriscis et obelis. Ex quibus verbis arguitur non aliam fuisse causam cur processu temporis textus Prophetæ ex LXX deperierit, quam quia lectionis Danielicæ juxta LXXviros desuetudinem mox consecuta fuerit et ejus Prophetæ transcribendi desuetudo, in tantum ut eo tandem deventum fuerit ut Seniorum Danielicus textus rarissimus ac ferme pro deplorato haberetur; et in Græcis omnibus Biblior. LXXviralium editionibus Daniel non ille prostaret, quem ipsi LXX dedissent, sed quem Theodotion elucubraverat, qui mature admodum in locum LXXvirorum invaserat.

Et eo jam res loci erat, cum ecce auditum fuit anno superiore in Chisiano Seniorum quantivis pretii Codice exstare LXXviralem Danielis interpretationem a Theodotionea distinctam.

Prodit tandem in publicam lucem, studio et opera viri Hebraice, Græce, et Latine doctissimi, Prophetiæ Danielis diu multumque a sacrarum Litterarum studiosis exspectata Septuaginta Interpretum Versio. Diuturni desiderii exspectationem explebunt præclaræ adnotationes singulis ejusdem Prophetiæ capitibus subjectæ, in quibus singularis apparet clariss. viri linguarum, Græcæ præsertim peritia, et illustris multiplici doctrina ingenii judiciique lumen elucet. Apologia vero, quam in quinque Dissertationes distribuit pro sententia Patrum de Septuaginlavirali Versione, incredibilem habet, quæ ad sacram profanamque eruditionem pertinent, pulcherrimarum rerum varietatem et copiam, et in iis quædam etiam, quæ viris in hoc studiorum genere versatis ipsa sui novitate se commendabunt. Librum igitur omni eruditionis genere abundantem, mandato Rmi Patris Ricchinii Sac. Palatii Apostolici Magistri cupidissime et diligentissime legi; cumque tum Catholicæ Fidei tum bonis moribus reperi congruentem, et sacrorum studiorum cultoribus utilissimum fore confido. Quamobrem dignissimum censeo, qui typis impressus in publicum proferatur. Datum Romæ IX Kal. Maii CIↃIↃCCLXXII.

M. Ang. Giacomellus archiepisc. Chalcedonensis.

Quod cupide expetendum erat, ut Prophetiæ Danielis Græcam Septuaginta Senum Interpretationem, quam multi temporum injuria intercidisse arbitrabantur, unus aliquis Hebraice, Græce, Latineque doctus *tineis trucibusque blattis* ereptam vulgaret; id nunc demum incredibili meo lætitiæ, atque voluptatis sensu perfectum video cl. viri opera, qui non modo Græcam eamdem Versionem Latinam fieri curavit, sed egregiis etiam illustravit adnotationibus; hisque addidit Dissertationes, quarum hæc est Inscriptio, *Apologia Sententiæ Patrum de Septuagintavirali Versione.* Id ego tam præclarum opus a Rmo P. Fr. Thoma Augustino Ricchinio Sacri Palatii Apostolici Magistro jussus, diligenter legi; cumque orthodoxæ doctrinæ, rectæque morum institutioni consonum, plenumque reconditioris eruditionis, ac proinde gloriæ Auctori suo, et Ecclesiæ catholicæ utilitati atque ornamento futurum, perspexerim, dignum luce publica judicavi.

Dabam Romæ in Cœnobio S. Mariæ sup. Minerv. XII Kal. Oct. 1771.

Fr. Thomas Maria Mamachius Ord. Prædic.
Theologus Casanatensis.

—

[In recudendo septuagintavirali et Theodotionis textu tanta cum religione editionem Romanam sequi placuit, ut vel iis quæ vitiosa apparent, parcendum esse censuerimus. Hac de re lectorem benevolum semel monuisse sufficiat. DRACH.]

ΔΑΝΙΗΛ

ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ Ο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

A

1. Ἐπὶ βασιλέως Ἰωακεὶμ τῆς Ἰουδαίας ἔτους τρίτου παραγενόμενος Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπολιόρκει αὐτήν.

2. Καὶ παρέδωκεν αὐτὴν Κύριος εἰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ Ἰωακεὶμ τὸν βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, καὶ μέρος τι τῶν ἱερῶν σκευῶν τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπήνεγκεν αὐτὰ εἰς Βαβυλῶνα εἰς γῆν Σενναὰρ εἰς οἶκον τοῦ θεοῦ αὐτοῦ /. καὶ τὰ σκεύη /. καὶ ἀπηρείσατο αὐτὰ ἐν τῷ εἰδωλείῳ αὐτοῦ.

3. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Ἀβιεσδρὶ τῷ ἑαυτοῦ ἀρχιευνούχῳ, ἀγαγεῖν αὐτῷ ἐκ τῶν υἱῶν τῶν μεγιστάνων τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους, καὶ ἐκ τῶν ἐπιλέκτων,

4. Νεανίσκους ἀμώμους, καὶ ἐνειδεῖς, καὶ ἐπιστήμονας ἐν πάσῃ σοφίᾳ, καὶ γραμματικοὺς, καὶ συνετοὺς, καὶ σοφοὺς, καὶ ἰσχύοντας, ὥστε εἶναι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως, καὶ διδάξαι αὐτοὺς γράμματα, καὶ διάλεκτον Χαλδαϊκήν.

B

5. Καὶ δίδοσθαι αὐτοῖς ἔκθεσιν ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης, καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου, οὗ πίνει ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκπαιδεῦσαι αὐτοὺς ἔτη τρία, καὶ ἐκ τούτων στῆσαι ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως.

6. Καὶ ἦσαν ἐκ τοῦ γένους τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῶν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, Δανιὴλ, Ἀνανίας, Μισαὴλ, Ἀζαρίας.

C

DANIEL

JUXTA LXX.

CAPUT I.

1. Sub Joacim rege Judææ anno tertio cum advenisset Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem, obsidebat eam.

2. Et tradidit eam Dominus in manus ejus, et Joacim regem Judææ, et partem quamdam sacrorum vasorum Domini, et asportavit ea in Babylonem in terram Senaar in domum dei sui et vasa, et collocavit ea in templo idoli sui.

3. Et dixit rex Abiesdri principi suorum eunuchorum, ut adduceret sibi de filiis optimatum Israel, et de regio semine, et de electis,

4. Adolescentulos, immaculatos, et speciosos forma, et peritos in omni sapientia literisque excultos, et intelligentes, et sapientes, et robustos, ut essent in domo regis, et doceret eos literas, et dialectum Chaldaicam.

5. Utque daretur eis, quod mandatum erat ex domo regis per singulos dies, et de regia mensa, et de vino, quod bibit rex, et erudiret eos tribus annis, deindeque starent in conspectu regis.

6. Et fuerunt de genere filiorum Israel, qui erant de Judæa, Daniel, Ananias, Misael, Azarias.

7. Et imposuit eis princeps eunuchorum nomina : A Danieli quidem Baltasar, Ananiæ Sedrach, et Misaeli Misach, et Azariæ Abdenago.

8. Et cogitavit Daniel in corde, ne pollueretur in cibo regis, et in vino, quod bibit : et rogavit principem eunuchorum, ne coinquinaretur.

9. Et dedit Dominus Danieli honorem et gratiam in conspectu principis eunuchorum.

10. Et dixit princeps eunuchorum Danieli, Angor metu domini mei regis, qui ordinavit cibum vestrum, et potum vestrum, ne videat facies vestras diversas et infirmas præ adolescentulis alienigenarum, qui aluntur vobiscum, et periculum proprii colli subeam.

11. Et dixit Daniel Abiesdri, qui declaratus fue- B rat archieunuchus super Danielem, Ananiam, Misaelem, Azariam:

12. Tenta, quæso, pueros tuos per dies decem, et detur nobis de leguminibus terræ, ut comedamus, et aquam bibamus.

13. Et si appareat aspectus noster diversus ab aliis adolescentulis, qui edunt de regia cœna, sicut volueris, sic utere servis tuis.

14. Fecitque eis hoc modo, et tentavit eos diebus decem.

15. Post decem dies apparuit aspectus eorum pulcher, et habitus corporis melior aliis adolescentulis, qui edebant regiam cœnam. C

16. Et erat Abiesdri tollens cœnam eorum, et vinum eorum, et pro his dabat eis de leguminibus.

17. Et adolescentulis dedit Dominus scientiam, et intelligentiam, et prudentiam in omni arte literaria : Danieli vero dedit intelligentiam in omni verbo, et visione, et somniis, et in omni sapientia.

18. Post autem dies istos jussit rex introduci eos : et introducti sunt a principe eunuchorum ad regem Nabuchodonosor.

19. Cumque eis collocutus est rex ; et non inventus est in sapientibus similis Danieli, et Ananiæ, et Misaeli, et Azariæ, erantque apud regem.

20. Et in omni verbo, et intelligentia, et disciplina quæcumque sciscitatus est ab eis rex, depre- D hendit eos sapientiores decuplum super sophistas, et philosophos, qui erant in omni regno ejus, et glorificavit eos rex, et constituit eos principes, et declaravit eos sapientes super omnes, qui erant in negotiis ejus in universa terra ejus, et in regno ejus.

21. Et fuit Daniel usque ad primum annum regni Cyri regis Persarum.

CAPUT II.

1. Et in anno secundo regni Nabuchodonosor accidit, ut in visiones et somnia incideret rex, et turbaretur insomnio suo, et somnus ejus fugit ab eo.

7. Καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὁ ἀρχιευνοῦχος ὀνόματα, τῷ μὲν Δανιὴλ Βαλτάσαρ, τῷ δὲ Ἀνανίᾳ Σεδρὰχ, καὶ τῷ Μισαὴλ Μισὰχ, καὶ τῷ Ἀζαρίᾳ Ἀβδεναγώ.

8. Καὶ ἐνεθυμήθη Δανιὴλ ἐν τῇ καρδίᾳ, ὅπως μὴ ἀλισγηθῇ ἐν τῷ δείπνῳ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν ᾧ πίνει οἴνῳ· καὶ ἠξίωσε τὸν ἀρχιευνοῦχον, ἵνα μὴ συμμολυνθῇ.

9. Καὶ ἔδωκε Κύριος τῷ Δανιὴλ τιμὴν καὶ χάριν ἐναντίον τοῦ ἀρχιευνούχου.

10. Καὶ εἶπεν ὁ ἀρχιευνοῦχος τῷ Δανιὴλ, Ἀγωνιῶ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, τὸν ἐκτάξαντα τὴν βρῶσιν ὑμῶν, καὶ τὴν πόσιν ὑμῶν, ἵνα μὴ ἴδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν διατετραμμένα καὶ ἀσθενῆ παρὰ τοὺς συντρεφομένους ὑμῖν νεανίας τῶν ἀλλογενῶν, καὶ κινδυνεύσω τῷ ἰδίῳ τραχήλῳ.

11. Καὶ εἶπεν Δανιὴλ Ἀβιεσδρὶ τῷ ἀναδειχθέντι ἀρχιευνούχῳ ἐπὶ τὸν Δανιὴλ, Ἀνανίαν, Μισαὴλ, Ἀζαρίαν·

12. Πείρασον δὴ τοὺς παῖδάς σου ἐφ' ἡμέρας δέκα, καὶ δοθήτω ἡμῖν ἀπὸ τῶν ὀσπρίων τῆς γῆς, ὥστε κάπτειν, καὶ ὑδροποτεῖν.

13. Καὶ ἐὰν φανῇ ἡ ὄψις ἡμῶν διατετραμμένη παρὰ τοὺς ἄλλους νεανίσκους τοὺς ἐσθίοντας ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ δείπνου, καθὼς ἐὰν θέλῃς, οὕτω χρῆσαι τοῖς παισί σου.

14. Καὶ ἐχρήσατο αὐτοῖς τὸν τρόπον τοῦτον, καὶ ἐπείρασεν αὐτοὺς ἡμέρας δέκα.

15. Μετὰ τὰς δέκα ἡμέρας, ἐφάνη ἡ ὄψις αὐτῶν καλὴ, καὶ ἡ ἕξις τοῦ σώματος κρείσσων τῶν ἄλλων νεανίσκων τῶν ἐσθιόντων τὸ βασιλικὸν δεῖπνον.

16. Καὶ ἦν Ἀβιεσδρὶ ἀναιρούμενος τὸ δεῖπνον αὐτῶν, καὶ τὸν οἶνον αὐτῶν, καὶ ἀντεδίδου αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὀσπρίων.

17. Καὶ τοῖς νεανίσκοις ἔδωκεν ὁ Κύριος ἐπιστήμην, καὶ σύνεσιν, καὶ φρόνησιν ἐν πάσῃ γραμματικῇ τέχνῃ· καὶ τῷ Δανιὴλ ἔδωκε σύνεσιν ἐν παντὶ ῥήματι καὶ ὁράματι, καὶ ἐνυπνίοις, καὶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ /.

18. Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας, ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς, καὶ εἰσήχθησαν ἀπὸ τοῦ ἀρχιευνούχου πρὸς τὸν βασιλέα Ναβουχοδονόσορ.

19. Καὶ ὡμίλησεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύς· καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν τοῖς σοφοῖς ὅμοιος τῷ Δανιὴλ, καὶ Ἀνανίᾳ, καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἀζαρίᾳ, καὶ ἦσαν παρὰ τῷ βασιλεῖ.

20. Καὶ ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ συνέσει, καὶ παιδείᾳ, ὅσα ἐζήτησε παρ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, κατέλαβεν αὐτοὺς ÷ σοφωτέρους /. δεκαπλασίως ὑπὲρ τοὺς σοφιστὰς, καὶ τοὺς φιλοσόφους τοὺς ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ÷ καὶ ἐδόξασεν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ ※ κατέστησεν αὐτοὺς ἄρχοντας, καὶ ἀνέδειξεν αὐτοὺς ※ σοφοὺς παρὰ πάντας τοὺς αὐτοῦ ἐν πράγμασιν ※ ÷ ἐν πάσῃ τῇ γῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐ- ※ τοῦ /.

21. Καὶ ἦν Δανιὴλ ἕως τοῦ πρώτου ἔτους τῆς βασιλείας Κύρου βασιλέως Περσῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

1. Καὶ ἐν τῷ ἔτει τῷ δευτέρῳ τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορ, συνέβη εἰς ὁράματα καὶ ἐνύπνια ἐμπεσεῖν τὸν βασιλέα, καὶ ταραχθῆναι ἐν τῷ ἐνυπνίῳ αὐτοῦ· καὶ ὁ ὕπνος αὐτοῦ ἐγένετο ἀπ' αὐτοῦ.

2. Καὶ ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς εἰσενεχθῆναι τοὺς A ἐπαοιδοὺς, καὶ τοὺς μάγους, καὶ τοὺς φαρμακοὺς τῶν Χαλδαίων, ἀναγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ· καὶ παραγενόμενοι ἔστησαν παρὰ τῷ βασιλεῖ.

3. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ βασιλεύς· Ἐνύπνιον ἑώρακα, καὶ ἐκινήθη μου τὸ πνεῦμα· ἐπιγνῶναι οὖν θέλω τὸ ἐνύπνιον.

4. Καὶ ἐλάλησαν οἱ Χαλδαῖοι πρὸς τὸν βασιλέα συριστί· Κύριε βασιλεῦ, τὸν αἰῶνα ζῆθι· ἀνάγγειλον τὸ ἐνύπνιόν σου τοῖς παισί σου, καὶ ἡμεῖς σοὶ φράσομεν τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ.

5. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς εἶπε τοῖς Χαλδαίοις ※ Ὁ λόγος ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη /. διότι ἐὰν μὴ ἀπαγγείλητέ μοι ἐπ' ἀληθείας τὸ ἐνύπνιον, καὶ τὴν τούτου σύγκρισιν δηλώσητέ μοι, παραδειγματισθήσεσθε, καὶ ἀναληφθήσεται ὑμῶν τὰ ὑπάρχοντα εἰς τὸ βασιλικόν. B

6. Ἐὰν δὲ τὸ ἐνύπνιον διασαφήσητέ μοι, καὶ τὴν τούτου σύγκρισιν ἀναγγείλητε, λήψεσθε δόματα παντοῖα, καὶ δοξασθήσεσθε ὑπ' ἐμοῦ· δηλώσατέ μοι τὸ ἐνύπνιον, καὶ κρίνατε.

7. Ἀπεκρίθησαν δὲ ἐκ δευτέρου λέγοντες· Βασιλεῦ, τὸ ὅραμα εἰπὸν, καὶ οἱ παῖδές σου κρίνουσι πρὸς ταῦτα.

8. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, Ἐπ' ἀληθείας οἶδα, ὅτι καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε· καθάπερ ἑωράκατε, ὅτι ἀπέστη ἀπ' ἐμοῦ τὸ πρᾶγμα· ÷ καθάπερ οὖν ÷ προστέταχα, οὕτως ἔσται /.

9. Ἐὰν μὴ τὸ ἐνύπνιον ἀπαγγείλητέ μοι ἐπ' ἀληθείας ÷ καὶ τὴν τούτου σύγκρισιν δηλώσητε /. θανάτῳ περιπεσεῖσθε· συνείπασθε γὰρ λόγους ψευδεῖς C ποιήσασθαι ἐπ' ἐμοῦ, ἕως ἂν ὁ καιρὸς ἀλλοιωθῇ. Νῦν οὖν ἐὰν τὸ ῥῆμα εἴπητέ μοι ÷ ὃ τὴν νύκτα ἑώρακα /. γνώσομαι, ὅτι καὶ τὴν τούτου κρίσιν δηλώσητε.

10. Καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ Χαλδαῖοι ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ὅτι Οὐδεὶς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς δυνήσεται εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ ὃ ἑώρακε, καθάπερ σὺ ἐρωτᾷς· καὶ πᾶς βασιλεὺς, καὶ πᾶς δυνάστης τοιοῦτο πρᾶγμα οὐκ ἐπερωτᾷ πάντα σοφὸν, καὶ μάγον, καὶ Χαλδαῖον.

11. Καὶ ὁ λόγος, ὃν ζητεῖς, βασιλεῦ, βαρύς ἐστι ÷ καὶ ἐπίδοξος /. καὶ οὐδείς ἐστιν ὃς δηλώσει ταῦτα τῷ βασιλεῖ, εἰ μή τις ἄγγελος, οὗ οὐκ ἔστι κατοικητήριον μετὰ πάσης σαρκός· ὅθεν οὐκ ἂν δέχεται γενέσθαι, καθάπερ οἴει.

12. Τότε ὁ βασιλεὺς στυγνὸς γενόμενος, καὶ περίλυπος προσέταξεν ἐξαγαγεῖν πάντας τοὺς σοφοὺς τῆς Βαβυλωνίας. D

13. Καὶ ἐδογματίσθη πάντας ἀποκτεῖναι· ἐζητήθη δὲ ὁ Δανιὴλ καὶ πάντες οἱ μετ' αὐτοῦ χάριν τοῦ συναπολέσθαι.

14. Τότε Δανιὴλ εἶπε βουλὴν καὶ γνώμην, ἣν εἶχεν, Ἀριωχῇ τῷ ἀρχιμαγείρῳ τοῦ βασιλέως, ᾧ προσέταξεν ἐξαγαγεῖν τοὺς σοφιστὰς τῆς Βαβυλωνίας.

15. Καὶ ἐπυνθάνετο αὐτοῦ λέγων, ※ Ἄρχων τοῦ βασιλέως / περὶ τίνος δογματίζεται πικρῶς παρὰ τοῦ βασιλέως; Τότε τὸ πρόσταγμα ἐσήμανεν ὁ Ἀριώχης τῷ Δανιήλ.

16. Ὁ δὲ Δανιὴλ εἰσῆλθε ταχέως πρὸς τὸν βασι-

2. Et jussit rex, ut introducerentur incantatores et magi, et malefici Chaldæorum ad annuntiandum regi somnia ejus: et advenientes steterunt coram rege.

3. Et dixit eis rex: Somnium vidi, et turbatus est spiritus meus: volo igitur scire somnium.

4. Et locuti sunt Chaldæi ad regem Syriace: Domine rex, in sempiternum vive: indica somnium tuum servis tuis, et nos tibi dicemus interpretationem ejus.

5. Respondens autem rex dixit Chaldæis: Sermo a me recessit. Ideoque nisi indicaveritis mihi in veritate somnium, et interpretationem ejus ostenderitis mihi, omnibus exemplo eritis, et redigentur substantiæ vestræ in regium fiscum.

6. Si autem somnium manifestum feceritis mihi, et interpretationem ejus indicaveritis, accipietis præmia omne genus, et honorem a me: ostendite mihi somnium, atque discernite.

7. Responderunt autem secundo dicentes: Rex, visionem dic; et pueri tui posthac interpretabuntur.

8. Et dixit eis rex: In veritate novi, quod tempus vos redimitis, prout vidistis, quod recesserit a me res. Quemadmodum igitur præcepi, sic erit.

9. Nisi somnium indicaveritis mihi in veritate et interpretationem ejus ostenderitis, morte cadetis: inter vos enim loquimini, ut verba mendacia componatis in me, donec tempus pertranseat. Nunc igitur si verbum dixeritis mihi quod nocte vidi, cognoscam, quod etiam interpretationem hujus ostendetis.

10. Et responderunt Chaldæi coram rege: quod Nemo ex his qui sunt in terra, poterit dicere regi quod vidit, sicut tu sciscitaris: et omnis rex, et omnis dynasta hujuscemodi rem minime sciscitatur ab omni sapiente, et mago, et Chaldæo.

11. Et sermo, quem quæris, rex, gravis est et sublimis, et nullus est qui ostendet hæc regi, nisi aliquis angelus, cujus non est commoratio cum omni carne, unde non potest fieri, quemadmodum opinaris.

12. Tunc rex mœstus, et supra modum dolore affectus præcepit, ut educerent omnes sapientes Babyloniæ.

13. Et edictum promulgatum est, ut omnes interficerentur: quæsitus est autem Daniel, et omnes qui cum eo erant, ut simul perirent.

14. Tunc Daniel dixit consilium, et sententiam, quam habebat, Ariocho principi militiæ regis, cui mandaverat, ut educeret sophistas Babylonis.

15. Et sciscitabatur ab eo dicens, Princeps regis, quare decernitur severe a rege? Tunc mandatum indicavit Ariochus Danieli.

16. Daniel autem ingressus est celeriter ad re-

gem, et rogavit, ut daretur sibi tempus a rege; et A ostenderet omnia coram rege.

17. Tunc revertens Daniel in domum suam, Ananiæ, et Misaeli, et Azariæ consociis enarravit omnia.

18. Et indixit jejunium, et deprecationem et ÷ afflictionem ad quærendum a Domino altissimo de mysterio hoc, ut non traderentur Daniel, et qui cum eo, in perditionem simul cum sophistis Babylonis.

19. Tunc Danieli in visione in ipsa nocte mysterium regis patefactum est clare: tunc Daniel benedixit Domino altissimo, et exclamans dixit:

20. Sit nomen Domini magni benedictum in sæculum, quia sapientia et magnificentia ejus sunt. B

21. Et ipse mutat tempora et ætates, transferens reges, et constituens: dans sapientibus sapientiam, et intelligentiam his, qui sunt in scientia.

22. Revelans profunda et obscura, et cognoscens quæ in tenebris, et quæ in lumine; et apud ipsum est solutio.

23. Tibi, Domine patrum meorum, confiteor, ac te laudo, quia sapientiam et prudentiam dedisti mihi: et nunc declarasti mihi quæ rogavi, ut ostenderem regi postea.

24. Ingressus autem Daniel ad Arioch, qui constitutus fuerat a rege, ut interficeret omnes sophistas Babylonis, dixit ei: Sophistas quidem Babylo- C nis ne perdas: sed introduc me ad regem, et singula regi aperiam.

25. Tunc Arioch cum festinatione introduxit Danielem ad regem, et dixit ei: Inveni hominem sapientem de captivitate filiorum Judææ, qui regi aperiet singula.

26. Respondens autem rex dixit Danieli, qui cognominabatur Chaldaice Baltasar: Poteris indicare mihi visionem, quam vidi, et interpretationem ejus?

27. Exclamans autem Daniel coram rege ait: Mysterii, quod vidit rex, non est sapientum, et maleficorum, et incantatorum, et gazarenorum explicatio. D

28. Sed est Deus in cœlo revelans mysteria, qui significavit regi Nabuchodonosor quæ oportet fieri in novissimis diebus.

29. Et qui revelat mysteria, ostendit tibi quæ oportet fieri.

30. Mihi vero non propter sapientiam, quæ sit in me super omnes homines, mysterium hoc apertum est, sed explanatum est mihi, ut nota fierent regi, quæ concepisti animo tuo in cognitione.

31. Et tu, rex, vidisti, et ecce imago una, et erat imago illa magna nimis, et aspectus ipsius sublimis stabat contra te, et visio imaginis terribilis.

λέα, καὶ ἠξίωσεν, ἵνα δοθῇ αὐτῷ χρόνος παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ δηλώσῃ πάντα ἐπὶ τοῦ βασιλέως.

17. Τότε ἀπελθὼν Δανιὴλ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, τῷ Ἀνανίᾳ, καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἀζαρίᾳ τοῖς συνεταίροις ὑπέδειξε πάντα.

18. Καὶ παρήγγειλε νηστείαν καὶ δέησιν ÷ καὶ τιμωρίαν ζητῆσαι /. παρὰ τοῦ Κυρίου τοῦ ὑψίστου περὶ τοῦ μυστηρίου τούτου, ὅπως μὴ ἐκδοθῶσι Δανιὴλ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ εἰς ἀπώλειαν ἅμα τοῖς σοφισταῖς Βαβυλῶνος.

19. Τότε τῷ Δανιὴλ ἐν ὁράματι ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ τὸ μυστήριον τοῦ βασιλέως ἐξεφάνθη εὐσήμως· τότε Δανιὴλ εὐλόγησεν τὸν Κύριον τὸν ὕψιστον, καὶ ἐκφωνήσας εἶπεν·

20. Ἔστω τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου τοῦ μεγάλου εὐλογημένον εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι ἡ σοφία καὶ ἡ μεγαλωσύνη αὐτοῦ ἐστι.

21. Καὶ αὐτὸς ἀλλοιοῖ καιροὺς καὶ χρόνους, μεθιστῶν βασιλεῖς, καὶ καθιστῶν, διδοὺς σοφοῖς σοφίαν, καὶ σύνεσιν τοῖς ἐν ἐπιστήμῃ οὖσιν.

22. Ἀνακαλύπτων τὰ βαθέα καὶ σκοτεινὰ, καὶ γινώσκων τὰ ἐν τῷ σκότει, καὶ τὰ ἐν τῷ φωτὶ, καὶ παρ' αὐτῷ κατάλυσις.

23. Σοὶ, Κύριε τῶν πατέρων μου, ἐξομολογοῦμαι, καὶ αἰνῶ, ὅτι σοφίαν καὶ φρόνησιν ἔδωκάς μοι, καὶ νῦν ἐσήμανάς μοι ὅσα ἠξίωσα, τοῦ δηλῶσαι τῷ βασιλεῖ πρὸς ταῦτα.

24. Εἰσελθὼν δὲ Δανιὴλ πρὸς τὸν Ἀριὼχ τὸν κατασταθέντα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποκτεῖναι πάντας τοὺς σοφιστὰς τῆς Βαβυλωνίας, εἶπεν αὐτῷ, Τοὺς μὲν σοφιστὰς τῆς Βαβυλωνίας μὴ ἀπολέσῃς, εἰσάγαγε δέ με πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἕκαστα τῷ βασιλεῖ δηλώσω.

25. Τότε Ἀριὼχ κατὰ σπουδὴν εἰσήγαγε τὸν Δανιὴλ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι Εὕρηκα ἄνθρωπον σοφὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν υἱῶν τῆς Ἰουδαίας, ὃς τῷ βασιλεῖ δηλώσει ἕκαστα.

26. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς εἶπε τῷ Δανιὴλ, ἐπικαλουμένῳ δὲ Χαλδαϊστὶ Βαλτάσαρ· Δυνήσῃ δηλῶσαί μοι τὸ ὅραμα ὃ εἶδον, καὶ τὴν τούτου σύγκρισιν;

27. Ἐκφωνήσας δὲ ὁ Δανιὴλ ἐπὶ τοῦ βασιλέως, εἶπε· Τὸ μυστήριον ὃ ἑώρακεν ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἔστι σοφῶν καὶ φαρμακῶν, καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γαζαρηνῶν ἡ δήλωσις.

28. Ἀλλ' ἔστι Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἀνακαλύπτων μυστήρια, ὃς ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.

29. Καὶ ἀνακαλύπτων μυστήρια ἐδήλωσέ σοι ἃ δεῖ γενέσθαι.

30. Κἀμοὶ δὲ οὐ παρὰ τὴν σοφίαν, τὴν οὖσαν ἐν ἐμοὶ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, τὸ μυστήριον τοῦτο ἐξεφάνθη, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ δηλωθῆναι τῷ βασιλεῖ ἐσημάνθη μοι, ἃ ὑπέλαβες τῇ καρδίᾳ σου ἐν γνώσει.

31. Καὶ σὺ, βασιλεῦ, ἑώρακας, καὶ ἰδοὺ εἰκὼν μία, καὶ ἦν ἡ εἰκὼν ἐκείνη μεγάλη σφόδρα, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτῆς ὑπερφερὴς ἑστήκει ἐναντίον σου, καὶ ἡ πρόσοψις τῆς εἰκόνος φοβερά.

32. Καὶ ἦν κεφαλὴ αὐτῆς ἀπὸ χρυσίου χρηστοῦ, A τὸ στῆθος καὶ οἱ βραχίονες ἀργυροῖ, ἡ κοιλία καὶ οἱ μηροὶ χαλκοῖ.

33. Τὰ δὲ σκέλη σιδηρᾶ, οἱ πόδες μέρος μέν τι σιδήρου, μέρος δέ τι ὀστράκου.

34. Ἑώρακας ἕως ὅτου ἐτμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐπάταξε τὴν εἰκόνα ἐπὶ τοὺς πόδας τοὺς σιδηροῦς, καὶ ὀστρακίνους, καὶ κατήλεσεν αὐτά.

35. Τότε λεπτὰ ἐγένετο ἅμα ὁ σίδηρος καὶ τὸ ὄστρακον, καὶ ὁ χαλκὸς, καὶ ὁ ἄργυρος, καὶ τὸ χρυσίον· καὶ ἐγένετο ὡσεὶ λεπτότερον ἀχύρου ἐν ἅλωνι· καὶ ἐῤῥίπισεν αὐτὰ ὁ ἄνεμος, ὥστε μηδὲν καταλειφθῆναι ἐξ αὐτῶν, καὶ ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα ἐγένετο ὄρος μέγα, καὶ ἐπάταξε πᾶσαν τὴν γῆν.

36. Τοῦτο τὸ ὅραμα, καὶ τὴν κρίσιν δὲ ἐροῦμεν B ἐπὶ τοῦ βασιλέως.

37. Σὺ, βασιλεῦ, βασιλεὺς βασιλέων, καὶ σοὶ ὁ Κύριος τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν ἔδωκεν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ.

38. Ἀπὸ ἀνθρώπων, καὶ θηρίων ἀγρίων, καὶ πετεινῶν οὐρανοῦ ÷ καὶ τῶν ÷ ἰχθύων τῆς θαλάσσης /. παρέδωκεν ὑπὸ τὰς χεῖράς σου κυριεύειν πάντων· σὺ εἶ ἡ κεφαλὴ ἡ χρυσῆ.

39. Καὶ μετὰ σὲ ἀναστήσεται βασιλεία ἐλάττων σου, καὶ τρίτη βασιλεία ἄλλη χαλκῆ, ἣ κυριεύσει πάσης τῆς γῆς.

40. Καὶ βασιλεία τετάρτη ἰσχυρὰ ※ ὡς ὁ σίδηρος /. ὥσπερ ὁ σίδηρος ὁ δαμάζων πάντα, καὶ ※ ὡς ὁ σίδηρος πᾶν δένδρον ἐκκόπτων· καὶ σεισθήσεται πᾶσα C ἡ γῆ.

41. Καὶ ὡς ἑώρακας τοὺς πόδας αὐτῆς ※ καὶ τοὺς δακτύλους, μέρος μέν τι ὀστράκου κεραμικοῦ, μέρος δέ τι σιδήρου, βασιλεία ἄλλη διμερὴς ἔσται ἐν αὐτῇ, καθάπερ εἶδες τὸν σίδηρον ἀναμεμιγμένον ἅμα τῷ πηλίνῳ ὀστράκῳ.

42. Καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν μέρος μέν τι σιδηροῦν, μέρος δέ τι ὀστράκινον· μέρος δέ τι τῆς βασιλείας ἔσται ἰσχυρὸν, καὶ μέρος τι ἔσται συντετριμμένον.

43. Καὶ ὡς εἶδες τὸν σίδηρον ἀναμεμιγμένον ἅμα τῷ πηλίνῳ ὀστράκῳ, συμμιγεῖς ἔσονται εἰς γένεσιν ἀνθρώπων, οὐκ ἔσονται δὲ ὁμονοοῦντες, οὔτε εὐνοοῦντες ἀλλήλοις, ὥσπερ οὐδὲ ὁ σίδηρος δύναται συγκραθῆναι τῷ ὀστράκῳ. D

44. Καὶ ἐν τοῖς χρόνοις τῶν βασιλέων τούτων στήσει ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ βασιλείαν ἄλλην, ἥ τις ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ οὐ φθαρήσεται, καὶ αὕτη ἡ βασιλεία ἄλλο ἔθνος οὐ μὴ ἐάσῃ, πατάξει δὲ καὶ ἀφανίσει τὰς βασιλείας ταύτας, καὶ αὐτὴ στήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

45. Καθάπερ ἑώρακας ἐξ ὄρους τμηθῆναι λίθον ἄνευ χειρῶν, καὶ συνηλοίησε τὸ ὄστρακον, τὸν σίδηρον, καὶ τὸν χαλκὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τὸν χρυσόν· ὁ Θεὸς ὁ μέγας ἐσήμανε τῷ βασιλεῖ τὰ ἐσόμενα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν· καὶ ἀκριβὲς τὸ ὅραμα, καὶ πιστὴ ἡ τούτου κρίσις.

46. Τότε Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς πεσὼν ἐπὶ

32. Et erat caput ejus ex auro optimo, pectus et brachia argentea, venter et femora ærea.

33. Crura autem ferrea, pedes pars quædam ferri, pars autem testæ.

34. Vidisti quoadusque scissus est lapis de monte sine manibus : et percussit imaginem super pedes ferreos, et testaceos, et demolitus est ea.

35. Tunc comminuta sunt simul ferrum, et testa, et æs, et argentum, et aurum, et facta sunt quasi minutius paleæ in area, et dispersit ea ventus, ita ut nihil relictum sit ex eis : et lapis qui percusserat imaginem, factus est mons magnus, et percussit universam terram.

36. Hæc est visio : sed etiam interpretationem dicemus coram rege.

37. Tu, o rex, rex regum es : et tibi Dominus cœli principatum, et regnum, et fortitudinem, et honorem, et gloriam dedit in universo terrarum orbe.

38. Homines, et bestias feras, et volucres cœli, et pisces maris tradidit sub manus tuas, ut domineris omnium : tu es caput aureum.

39. Et post te consurget regnum minus tuo : et tertium regnum aliud æreum, quod imperabit universæ terræ.

40. Et regnum quartum forte ut ferrum, sicut ferrum domans omnia, et sicut ferrum omnem arborem excidens ; et turbabitur universa terra.

41. Et ut vidisti pedes ejus et digitos, partem quidem aliquam testæ fictilis, partem vero aliquam ferri ; regnum aliud divisum erit in ipso, prout vidisti ferrum admixtum simul luteæ testæ.

42. Et digiti pedum pars quidem aliqua ferrea, pars vero aliqua testea : pars quædam regni erit fortis, et pars quædam erit contrita.

43. Et sicut vidisti ferrum admixtum simul luteæ testæ, commixti erunt in generatione hominum, sed non erunt consentientes, neque invicem convenientes, sicut neque ferrum potest commisceri testæ.

44. Et in temporibus regum istorum statuet Deus cœli regnum aliud, quod erit in sæcula, et non dissipabitur, et hoc regnum aliam gentem non patietur : percutiet autem, et desolabit regna hæc, et ipsum stabit in æternum.

45. Quemadmodum vidisti de monte scissum lapidem sine manibus, et comminuit testam, ferrum, et æs, et argentum, et aurum ; Deus magnus significavit regi quæ futura sunt in novissimis diebus : et certa est visio, et fidelis hujus interpretatio.

46. Tunc Nabuchodonosor rex cadens in faciem

humi, adoravit Danielem, et præcepit, ut sacrificia A et libamina facerent ei.

47. Et exclamans rex ad Danielem dixit : Vere est Deus vester Deus deorum, et Dominus regum, qui patefacit mysteria abscondita solus, quia potuisti manifestare mysterium hoc.

48. Tunc rex Nabuchodonosor Danielem magnificans, et dans dona magna et multa, constituit super negotia Babylonis, et declaravit eum principem et ducem omnium sophistarum Babylonis.

49. Et Daniel rogavit regem, ut constituerentur super negotia Babylonis Sedrach, Misach, Abdenago : et Daniel erat in regia aula.

B

CAPUT III.

1. Anno decimoctavo Nabuchodonosor rex gubernans civitates, et regiones, et omnes habitantes super terram ab Indica usque ad Æthiopiam fecit imaginem auream : altitudo ejus cubitorum sex : et statuit eam in campo vivarii regionis Babylonis.

2. Et Nabuchodonosor rex regum et imperans orbi terrarum toti, misit ad congregandum universas gentes, et tribus, et linguas, satrapas, duces, toparchas, et consules, præfectos, et eos, qui in potestatibus constituti per regionem, et universos, qui erant per orbem terrarum, ut venirent ad dedicationem imaginis aureæ, quam statuerat Nabuchodonosor rex. C

3. Tunc congregati sunt consules, duces, toparchæ, prætores, tyranni, magni in potestatibus, et omnes principes regionum, ut venirent ad dedicationem imaginis, quam statuerat Nabuchodonosor rex, et steterunt qui adscripti erant in conspectu imaginis quam statuerat Nabuchodonosor.

4. Et præco promulgavit turbis : Vobis edicitur, gentes et regiones, populi, et linguæ.

5. Ut cum audieritis vocem tubæ, fistulæ, et citharæ, sambucæ, et psalterii, symphoniæ, et universi generis musicorum, cadentes adoretis imaginem auream, quam statuit Nabuchodonosor rex. D

6. Quicumque autem non cadens adoraverit, eadem hora injicient eum in fornacem ignis ardentem.

7. Et in tempore illo, quando audierunt omnes gentes vocem tubæ, fistulæ, et citharæ, sambucæ et psalterii et omnis sonitus musicorum, cadentes omnes gentes, tribus, et linguæ adoraverunt imaginem auream, quam statuerat Nabuchodonosor rex, in conspectu ejus.

8. In illo tempore accedentes viri Chaldæi calumniati sunt Judæos.

9. Et suscipientes dixerunt Nabuchodonosor regi : Domine rex, in æternum vive.

πρόσωπον χαμαὶ, προσεκύνησε τῷ Δανιὴλ, καὶ ἐπέταξε θυσίας καὶ σπονδὰς ποιῆσαι αὐτῷ.

47. Καὶ ἐκφωνήσας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Δανιὴλ εἶπεν· Ἐπ' ἀληθεῖ ἐστὶν ὁ Θεὸς ὑμῶν Θεὸς τῶν Θεῶν, καὶ Κύριος τῶν βασιλέων, ὁ ἐκφαίνων μυστήρια κρυπτὰ μόνος, ὅτι ἐδυνάσθης δηλῶσαι τὸ μυστήριον τοῦτο.

48. Τότε ὁ βασιλεὺς ÷ Ναβουχοδονόσορ /. Δανιὴλ μεγαλύνας, καὶ δοὺς δωρεὰς μεγάλας καὶ πολλὰς, κατέστησεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων τῆς Βαβυλωνίας, καὶ ἀπέδειξεν αὐτὸν ἄρχοντα καὶ ἡγούμενον πάντων τῶν σοφιστῶν Βαβυλωνίας.

49. Καὶ Δανιὴλ ἠξίωσε τὸν βασιλέα, ἵνα κατασταθῶσιν ἐπὶ τῶν πραγμάτων τῆς Βαβυλωνίας Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγώ· καὶ Δανιὴλ ἦν ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

1. ÷ Ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου /. Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς ÷ διοικῶν πόλεις ÷ καὶ χώρας, καὶ πάντας ÷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως Αἰθιοπίας /. ἐποίησεν εἰκόνα χρυσῆν· τὸ ὕψος αὐτῆς πηχῶν ἕξ· καὶ ἔστησεν αὐτὴν ἐν πεδίῳ τοῦ περιβόλου χώρας Βαβυλωνίας.

2. Καὶ Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς ÷ βασιλέων ÷ καὶ κυριεύων τῆς οἰκουμένης ÷ ὅλης /. ἀπέστειλεν ἐπισυναγαγεῖν ÷ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ φυ÷λὰς καὶ γλώσσας /. σατράπας, στρατηγοὺς, τοπάρχας, καὶ ὑπάτους, διοικητὰς, καὶ τοὺς ἐπ' ἐξουσιῶν κατὰ χώραν, καὶ πάντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἐλθεῖν εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τῆς εἰκόνος τῆς χρυσῆς, ἣν ἔστησεν Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεύς.

3. ⋇ Τότε συνήχθησαν ὕπατοι, στρατηγοὶ, τοπάρ-⋇ χαι, ἡγούμενοι, τύραννοι, μεγάλοι ἐπ' ἐξουσιῶν, ⋇ καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες τῶν χωρῶν, τοῦ ἐλθεῖν εἰς ⋇ τὸν ἐγκαινισμὸν τῆς εἰκόνος, ἧς ἔστησε Ναβουχο-⋇ δονόσορ ὁ βασιλεὺς /. ÷ καὶ ἔστησαν οἱ προσγεγραμμένοι κατέναντι τῆς εἰκόνος ⋇ ἧς ἔστησε Ναβουχοδονόσορ /.

4. Καὶ ὁ κήρυξ ἐκήρυξε τοῖς ὄχλοις· Ὑμῖν παραγγέλλεται, ἔθνη, καὶ χῶραι, λαοὶ, καὶ γλῶσσαι.

5. Ὅτ' ἂν ἀκούσητε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγος, καὶ κιθάρας, σαμβύκης, καὶ ψαλτηρίου, συμφωνίας, καὶ παντὸς γένους μουσικῶν, πεσόντες προσκυνήσατε τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣν ἔστησε Ναβουχοδονόσορ βασιλεύς.

6. Καὶ πᾶς ὃς ἂν μὴ πεσὼν προσκυνήσῃ ⋇ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐμβαλοῦσιν αὐτὸν εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην.

7. Καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ἤκουσαν πάντα τὰ ἔθνη τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος ⋇ σύριγγός τε καὶ κιθάρας, σαμβύκης ⋇ τε καὶ ψαλτηρίου /. καὶ παντὸς ἤχου μουσικῶν, πίπτοντα πάντα τὰ ἔθνη, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι προσεκύνησαν τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣν ἔστησε Ναβουχοδονόσορ ⋇ ὁ βασιλεὺς, κατέναντι τούτου.

8. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ προσελθόντες ἄνδρες Χαλδαῖοι διέβαλον τοὺς Ἰουδαίους.

9. Καὶ ὑπολαβόντες εἶπον ⋇ Ναβουχοδονόσορ τῷ βασιλεῖ· Κύριε βασιλεῦ, εἰς τὸν αἰῶνα ζῆθι.

10. Σὺ, βασιλεῦ, προσέταξας καὶ ἔκρινας, ἵνα πᾶς A ἄνθρωπος, ὃς ἂν ἀκούσῃ τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος ※ σύριγγός τε καὶ σαμβύκης ※ κιθάρας, ψαλτηρίου /. καὶ παντὸς ἤχου μουσικῶν, πεσὼν προσκυνήσῃ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ.

11. Καὶ ὃς ἂν μὴ πεσὼν προσκυνήσῃ, ἐμβληθήσεται εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην.

12. Εἰσὶ δέ τινες ἄνδρες Ἰουδαῖοι, οὓς κατέστησας ἐπὶ τῆς χώρας τῆς Βαβυλωνίας, Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγὼ, οἱ ἄνθρωποι ἐκεῖνοι οὐκ ἐφοβήθησάν σου τὴν ἐντολὴν, καὶ τῷ εἰδώλῳ σου οὐκ ἐλάτρευσαν, καὶ τῇ εἰκόνι σου τῇ χρυσῇ, ᾗ ἔστησας, οὐ προσεκύνησαν.

13. Τότε Ναβουχοδονόσορ θυμωθεὶς ὀργῇ προσέταξεν ἀγαγεῖν τὸν Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγώ. Τότε οἱ ἄνθρωποι ἤχθησαν πρὸς τὸν βασιλέα.

14. Οὓς καὶ συνιδὼν Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτοῖς, Διατί, Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγὼ, τοῖς θεοῖς μου οὐ λατρεύετε, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣν ἔστησα, οὐ προσκυνεῖτε;

15. Καὶ νῦν εἰ μὲν ἔχετε ἑτοίμως ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τῆς σάλπιγγος ※ σύριγγός τε καὶ κιθάρας, σαμβύ-※κης τε, καὶ ψαλτηρίου καὶ συμφωνίας /. καὶ παντὸς ἤχου μουσικῶν, πεσόντες προσκυνῆσαι τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ /. ᾗ ἔστησα· εἰ δὲ μήγε, γινώσκετε, ὅτι μὴ προσκυνησάντων ὑμῶν, αὐθωρὶ ἐμβληθήσεσθε εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην· καὶ ποῖος Θεὸς ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου;

16. Ἀποκριθέντες δὲ Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγὼ, εἶπαν τῷ βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ· Βασιλεῦ, οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς ἐπὶ τῇ ἐπιταγῇ ταύτῃ ἀποκριθῆναί σοι.

17. Ἔστι γὰρ Θεὸς ÷ ἐν οὐρανοῖς εἷς Κύριος /. ἡμῶν, ὃν φοβούμεθα, ὅς ἐστι δυνατὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς ※ τῆς καιομένης /. καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου, βασιλεῦ, ἐξελεῖται ἡμᾶς.

18. Καὶ τότε φανερόν σοι ἔσται ※ βασιλεῦ /. ὅτι οὔτε τῷ εἰδώλῳ σου λατρεύομεν, οὔτε τῇ εἰκόνι σου τῇ χρυσῇ, ἣν ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν.

19. Τότε Ναβουχοδονόσορ ἐπλήσθη θυμοῦ, καὶ ἡ μορφὴ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἠλλοιώθη ἐπὶ Σεδρὰχ, Μισὰχ, καὶ Ἀβδεναγὼ, καὶ ἐπέταξε καῆναι τὴν κάμινον ἑπταπλασίως, παρ' ὃ ἔδει αὐτὴν καῆναι.

20. Καὶ ἄνδρας ἰσχυροτάτους τῶν ἐν τῇ δυνάμει ἐπέταξε, συμποδίσαντας ※ τὸν Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγὼ /. ἐμβαλεῖν εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην.

21. Τότε οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι συνεποδίσθησαν, ἔχοντες τὰ ὑποδήματα αὐτῶν, καὶ τὰς τιάρας αὐτῶν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν σὺν τῷ ἱματισμῷ αὐτῶν, καὶ ἐβλήθησαν εἰς τὴν κάμινον ※ τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην.

22. Ἐπειδὴ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως ἤπειγε· καὶ ἡ κάμινος ἐξεκαύθη ὑπὲρ τὸ πρότερον ἑπταπλασίως, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ προχειρισθέντες, συμποδίσαντες αὐτοὺς καὶ προσαγαγόντες τῇ καμίνῳ ἐνεβάλοσαν εἰς αὐτήν.

23. Τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας τοὺς συμποδίσαντας τοὺς περὶ τὸν Ἀζαρίαν ἐξελθοῦσα ἡ φλὸξ ἐκ τῆς καμίνου,

10. Tu, rex, mandasti et decrevisti, ut omnis homo, qui audierit vocem tubæ, fistulæ, et sambucæ, citharæ, psalterii et omnis sonitus musicorum, cadens adoret imaginem auream.

11. Et qui non procidens adoraverit, immissus sit in fornacem ignis ardentem.

12. Sunt autem quidam viri Judæi, quos constituisti super regionem Babylonis, Sedrach, Misach, Abdenago: homines isti non timuerunt tuum decretum, et idolum tuum non coluerunt, et imaginem tuam auream, quam statuisti, non adoraverunt.

13. Tunc Nabuchodonosor succensus ira, præcepit, ut adducerent Sedrach, Misach, Abdenago: tunc B homines adducti sunt ad regem.

14. Quos etiam conspicatus Nabuchodonosor rex dixit eis: Quare, Sedrach, Misach, Abdenago, deos meos non colitis, et imaginem auream, quam statui, non adoratis?

15. Et nunc siquidem estis parati, statim ac audieritis tubam, fistulam, et citharam, sambucam, et psalterium, et symphoniam et omnem sonitum musicorum, procidentes adorate imaginem auream quam statui: si vero non, scitote, quod non adorantes vos, eadem hora immittemini in fornacem ignis ardentem: et quis Deus eripiet vos de manibus meis?

16. Respondentes autem Sedrach, Misach, Abdenago dixerunt regi Nabuchodonosor: Rex, non opus C habemus nos in mandato hoc respondere tibi.

17. Est enim Deus in cœlis unus Dominus noster, quem timemus, qui est potens eripere nos de fornace ignis ardente, et de manibus tuis, rex, liberabit nos.

18. Et tunc manifestum tibi erit, rex, quia neque idolum tuum colimus, neque imaginem tuam auream, quam statuisti, adoramus.

19. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, et aspectus faciei ejus immutatus est super Sedrach, Misach, et Abdenago: et præcepit ut succenderetur fornax septuplum ultra quod oportebat ipsam succendi.

20. Et viris fortissimis eorum, qui erant in exer-D citu præcepit, ut colligatis pedibus Sedrach, Misach, Abdenago injicerent in fornacem ignis ardentem.

21. Tunc viri illi compedibus vincti sunt, habentes calceamenta sua, et tiaras suas super capita sua cum vestimento suo, et missi sunt in fornacem ignis ardentem.

22. Quia mandatum regis urgebat: et fornax succensa erat plus quam antea septuplum; et viri, qui jussi fuerant cum revinxissent eos, et adduxissent ad fornacem, immiserunt in eam.

23. Viros igitur, qui compedibus vinxerant eos, qui erant cum Azaria, egressa flamma de fornace

incendit, et interfecit, ipsi autem conservati sunt. A

24. Sic ergo precatus est Ananias, et Azarias, et Misael, et laudaverunt Dominum, quando eos rex jussit immitti in fornacem.

25. Stans autem Azarias precatus est sic, et aperiens os suum, confitebatur Domino simul cum sodalibus suis in medio igne fornacis succensæ a Chaldæis vehementer, et dixerunt :

26. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in sæcula.

27. Quia justus es in omnibus, quæ fecisti nobis, et omnia opera tua vera, et viæ tuæ rectæ, et omnia judicia tua vera. B

28. Et judicia veritatis fecisti secundum omnia, quæ adduxisti nobis, et super civitatem tuam sanctam patrum nostrorum Jerusalem : quoniam in veritate et judicio fecisti omnia hæc propter peccata nostra.

29. Quoniam peccavimus in omnibus, et inique egimus discedendo a te, et peccavimus in omnibus.

30. Et mandatis legis tuæ non obaudivimus, neque observavimus, neque fecimus sicut præcepisti nobis, ut bene nobis esset.

31. Et nunc omnia quæcumque nobis induxisti, et omnia quæcumque fecisti nobis in vero judicio fecisti. C

32. Et tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum iniquorum, et inimicissimorum apostatarum, et regi iniquo et nequissimo supra omnem terram.

33. Et nunc non licet nobis aperire os : confusio et exprobratio facta est servorum tuorum, et colentium te.

34. Ne tradas nos in finem propter nomen tuum et ne dissipes testamentum tuum.

35. Et ne avertas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum a te, et propter Isaac servum tuum, et Israel sanctum tuum.

36. Quemadmodum loquutus es ad eos, dicens, quod multiplicaretur semen eorum quasi stellæ cœli multitudine, et quasi arena, quæ est ad oram maris. D

37. Quia, Domine, minorati sumus præ omnibus gentibus, et sumus humiles in omni terra hodie propter peccata nostra.

38. Et non est in tempore hoc princeps, et propheta, neque dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus offerendi in conspectu tuo.

39. Et inveniendi misericordiam : sed in anima contribulata, et spiritu humiliato suscipiamur.

40. Quasi in holocaustis arietum, et taurorum, et quasi in millibus agnorum pinguium : sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, et propitiari

ἐνεπύρισε καὶ ἀπέκτεινεν, αὐτοὶ δὲ συνετηρήθησαν.

24. Οὕτως οὖν προσηύξατο Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαήλ· καὶ ὕμνησαν τῷ Κυρίῳ, ὅτε αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς προσέταξεν ἐμβληθῆναι εἰς τὴν κάμινον.

25. Στὰς δὲ Ἀζαρίας προσηύξατο οὕτως, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ ἅμα τοῖς συνεταίροις αὐτοῦ, ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ ὑποκαιομένης τῆς καμίνου ὑπὸ τῶν Χαλδαίων σφόδρα, καὶ εἶπαν·

26. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας.

27. Ὅτι δίκαιος εἶ ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίησας ἡμῖν, καὶ πάντα τὰ ἔργα σου ἀληθινὰ, καὶ αἱ ὁδοί σου εὐθεῖαι, καὶ πᾶσαι αἱ κρίσεις σου ἀληθιναί.

28. Καὶ κρίματα ἀληθείας ἐποίησας κατὰ πάντα ἃ ἐπήγαγες ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν σου τὴν ἁγίαν τὴν τῶν πατέρων ἡμῶν Ἱερουσαλήμ. Διότι ἐν ἀληθείᾳ καὶ κρίσει ἐποίησας πάντα ταῦτα διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

29. Ὅτι ἡμάρτομεν ἐν πᾶσι, καὶ ἠνομήσαμεν ἀποστῆναι ἀπό σου καὶ ἐξημάρτομεν ἐν πᾶσι.

30. Καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου σου οὐχ ὑπηκούσαμεν, οὐδὲ συνετηρήσαμεν, οὐδὲ ἐποιήσαμεν, καθὼς ἐνετείλω ἡμῖν, ἵνα εὖ ἡμῖν γένηται.

31. Καὶ νῦν πάντα ὅσα ἡμῖν ἐπήγαγες, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, ἐν ἀληθινῇ κρίσει ἐποίησας.

32. Καὶ παρέδωκας ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἡμῶν ἀνόμων, καὶ ἐχθίστων ἀποστατῶν, καὶ βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ πονηροτάτῳ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν.

33. Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα· αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθη τῶν δούλων σου καὶ τῶν σεβομένων σε.

34. Μὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ μὴ διασκεδάσῃς σου τὴν διαθήκην.

35. Καὶ μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν διὰ Ἀβραὰμ τὸν ἠγαπημένον ὑπό σου, καὶ διὰ Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου.

36. Ὡς ἐλάλησας πρὸς αὐτοὺς λέγων, πολυπληθῦναι τὸ σπέρμα αὐτῶν ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης.

37. Ὅτι, Δέσποτα, ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐσμὲν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ σήμερον διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

38. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων καὶ προφήτης, οὐδὲ ἡγούμενος, οὐδὲ ὁλοκαύτωσις, οὐδὲ θυσία, οὐδὲ προσφορὰ, οὐδὲ θυμίαμα, οὐδὲ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου.

39. Καὶ εὑρεῖν ἔλεος· ἀλλ' ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ, καὶ πνεύματι τεταπεινωμένῳ προσδεχθείημεν.

40. Ὡς ἐν ὁλοκαυτώμασι κριῶν καὶ ταύρων, καὶ ὡς ἐν μυριάσιν ἀρνῶν πιόνων· οὕτω γενέσθω ἡμῶν ἡ θυσία ἐνώπιόν σου σήμερον, καὶ ἐξιλάσαι ὄπισθέν

σου, ὅτι οὐκ ἔστιν αἰσχύνη τοῖς πεποιθόσιν ἐπί σοι ∸ καὶ τελειῶσαι ὄπισθέν σου /.

41. Καὶ νῦν ἐξακολουθοῦμεν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἡμῶν, καὶ φοβούμεθά σε, καὶ ζητοῦμεν τὸ πρόσωπόν σου.

42. Μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν ἔλεος /. κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου.

43. Καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου, Κύριε.

44. Καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐνδεικνύμενοι τοῖς δούλοις σου κακὰ, καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης δυναστείας, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη.

45. Γνώτωσαν ὅτι σὺ εἶ μόνος Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην.

46. Καὶ οὐ διέλιπον οἱ ἐμβάλλοντες αὐτοὺς ὑπηρέται τοῦ βασιλέως, καίοντες τὴν κάμινον· καὶ ἡνίκα ἐνεβάλοσαν τοὺς τρεῖς εἰσάπαξ εἰς τὴν κάμινον, καὶ ἡ κάμινος ἦν διάπυρος κατὰ τὴν θερμασίαν αὐτῆς ἑπταπλασίως· καὶ ὅτε αὐτοὺς ἐνεβάλοσαν, οἱ μὲν ἐμβάλλοντες αὐτοὺς ἦσαν ὑπεράνω αὐτῶν, οἱ δὲ ὑπέκαιον ὑποκάτωθεν αὐτῶν νάφθαν, καὶ στυπίον, καὶ πίσσαν, καὶ κληματίδα.

47. Καὶ διεχεῖτο ἡ φλὸξ ἐπάνω τῆς καμίνου ἐπὶ πήχεις τεσσαρακονταεννέα.

48. Καὶ διεξώδευσεν, καὶ ἐνεπύρισεν οὓς εὗρε περὶ τὴν κάμινον τῶν Χαλδαίων.

49. Ἄγγελος δὲ Κυρίου συγκατέβη ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν εἰς τὴν κάμινον, καὶ ἐξετίναξε τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς καμίνου.

50. Καὶ ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡσεὶ πνεῦμα δρόσου διασυρίζον, καὶ οὐχ ἥψατο αὐτῶν καθόλου τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἐλύπησε, καὶ οὐ παρηνώχλησεν αὐτούς.

51. Ἀναλαβόντες δὲ οἱ τρεῖς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, καὶ ἐδόξαζον, καὶ εὐλόγουν ∸ καὶ ἐξύψουν /. τὸν Θεὸν ἐν τῇ καμίνῳ, λέγοντες·

52. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸς, καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου τὸ ἅγιον, καὶ ὑπεραινετὸν, καὶ ὑπερυψωμένον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

53. Εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ὑπερυμνητὸς, καὶ ὑπερένδοξος εἰς τοὺς αἰῶνας.

54. Εὐλογητὸς εἶ ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς βασιλείας σου, καὶ ὑμνητὸς, καὶ ὑπερυψωμένος εἰς τοὺς αἰῶνας.

55. Εὐλογητὸς εἶ ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ Χερουβὶμ, καὶ αἰνετὸς, καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας.

56. Εὐλογητὸς εἶ ἐν τῷ στερεώματι ⋇ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑμνητὸς, καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας.

57. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

58. Εὐλογεῖτε ἄγγελοι Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

59. Εὐλογεῖτε οὐρανοὶ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

60. Εὐλογεῖτε ὕδατα, καὶ πάντα τὰ ἐπάνω τοῦ οὐ-

A post te, quia non est confusio confidentibus in te et perficere post te.

41. Et nunc exsequimur in toto corde nostro, et timemus te, et quærimus faciem tuam.

42. Ne confundas nos, sed fac nobiscum misericordiam secundum mansuetudinem tuam, et secundum multitudinem miserationis tuæ.

43. Et libera nos secundum mirabilia tua, et da gloriam nomini tuo, Domine.

44. Et confundantur omnes, qui ostendunt servis tuis mala, et confundantur ab omni potentia, et fortitudo eorum conteratur.

45. Cognoscant, quoniam tu es solus Dominus Deus, et gloriosus super universum orbem terrarum.

B 46. Et non cessabant, qui injiciebant eos, ministri regis succendentes fornacem : et quando immiserunt tres simul in fornacem, etiam fornax erat succensa secundum inflammationem suam septuplum, et quando injecerunt eos, qui quidem injiciebant eos, erant supra eos ; alii vero succendebant subter eos naphtham, et stupam, et picem, et sarmenta.

47. Et effundebatur flamma super fornacem ad cubitos quadraginta novem.

48. Et pervagata est, et incendit quos reperit circa fornacem de Chaldæis.

49. Angelus autem Domini descendit simul cum eis, qui erant cum Azaria in fornacem, et excussit

C flammam ignis de fornace.

50. Et fecit medium fornacis quasi spiritum roris flantem, et non tetigit eos prorsus ignis, neque contristavit, neque molestiam intulit eis.

51. Assumentes autem tres quasi ex uno ore hymnum dicebant et glorificabant, et benedicebant, et exaltabant Deum in fornace dicentes :

52. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et superexaltatus in sæcula : et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, et superlaudabile, et superexaltatum in omnia sæcula

53. Benedictus es in templo sanctæ gloriæ tuæ, et superlaudabilis, et supergloriosus in sæ-

D cula.

54. Benedictus es in throno gloriæ regni tui, et laudabilis, et superexaltatus in sæcula.

55. Benedictus es qui cernis abyssos, sedens super Cherubim, et laudabilis, et gloriosus in sæcula.

56. Benedictus es in firmamento cœli, et laudabilis, et gloriosus in sæcula.

57. Benedicite, omnia opera Domini, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

58. Benedicite, angeli Domini, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

59. Benedicite, cœli, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

60. Benedicite, aquæ, et omnia, quæ super cœlum

sunt, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

61. Benedicite, omnes virtutes Domini, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

62. Benedicite, sol, et luna, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

63. Benedicite, stellæ cœli, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

64. Benedicite, omnis imber et ros, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

65. Benedicite, omnes spiritus, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

66. Benedicite, ignis et æstus, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

67. Benedicite, gelu et frigus, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

68. Benedicite, rores et nives, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

69. Benedicite, glacies et frigus, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

70. Benedicite, pruinæ et nives, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

71. Benedicite, noctes et dies, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

72. Benedicite, lux et tenebræ, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

73. Benedicite, fulgura et nubes, Domino, laudate, et superexaltate eum in sæcula.

74. Benedicat terra Domino, laudet, et superexaltet eum in sæcula.

75. Benedicite, montes et colles, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

76. Benedicite, omnia nascentia in terra, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

77. Benedicite, pluviæ et fontes, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

78. Benedicite, maria et flumina, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

79. Benedicite, cete et omnia, quæ moventur in aquis, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

80. Benedicite, omnes volucres cœli, Domino hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

81. Benedicite, omnes feræ et jumenta quadrupeda, et bestiæ terræ, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

82. Benedicite, filii hominum, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

83. Benedicite, Israel, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

84. Benedicite, sacerdotes servi Domini, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

85. Benedicite, servi, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

86. Benedicite, spiritus, et animæ justorum, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

A ρανοῦ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

61. Εὐλογεῖτε πᾶσαι αἱ δυνάμεις Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

62. Εὐλογεῖτε ἥλιος, καὶ σελήνη τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

63. Εὐλογεῖτε ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

64. Εὐλογεῖτε πᾶς ὄμβρος, καὶ δρόσος τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

65. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πνεύματα τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

66. Εὐλογεῖτε πῦρ, καὶ καῦμα τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

67. Εὐλογεῖτε ῥῖγος, καὶ ψύχος τὸν Κύριον, ὑμνεῖ-
B τε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

68. Εὐλογεῖτε δρόσοι, καὶ νιφετοὶ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

69. Εὐλογεῖτε πάγοι, καὶ ψύχος τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

70. Εὐλογεῖτε πάχναι, καὶ χιόνες τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

71. Εὐλογεῖτε νύκτες, καὶ ἡμέραι τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

72. Εὐλογεῖτε φῶς, καὶ σκότος τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

73. Εὐλογεῖτε ἀστραπαὶ, καὶ νεφέλαι τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

74. Εὐλογείτω ἡ γῆ τὸν Κύριον, ὑμνείτω, καὶ ὑπερυψούτω αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

C 75. Εὐλογεῖτε ὄρη, καὶ βουνοὶ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

76. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ φυόμενα ἐπὶ τῆς γῆς τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

77. Εὐλογεῖτε ὄμβροι, καὶ αἱ πηγαὶ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

78. Εὐλογεῖτε θάλασσαι, καὶ ποταμοὶ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

79. Εὐλογεῖτε κήτη, καὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐν τοῖς ὕδασι τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

80. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς
D αἰῶνας.

81. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ θηρία, καὶ τὰ κτήνη τετράποδα, καὶ θηρία τῆς γῆς τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

82. Εὐλογεῖτε οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

83. Εὐλογεῖτε Ἰσραὴλ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

84. Εὐλογεῖτε ἱερεῖς δοῦλοι Κυρίου τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

85. Εὐλογεῖτε δοῦλοι τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

86. Εὐλογεῖτε πνεύματα, καὶ ψυχαὶ δικαίων τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

87. Εὐλογεῖτε ὅσιοι, καὶ ταπεινοὶ καρδίᾳ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. A

88. Εὐλογεῖτε Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ τὸν Κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ὅτι ἐξείλετο ἡμᾶς ἐξ ᾅδου, καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς ἐκ χειρὸς θανάτου, καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ μέσου καιομένης φλογὸς, καὶ ἐκ τοῦ πυρὸς ἐλυτρώσατο ἡμᾶς.

89. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

90. Εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεϐόμενοι τὸν Κύριον τὸν Θεὸν τῶν θεῶν, ὑμνεῖτε, καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ ÷ καὶ εἰς τὸν ÷ αἰῶνα τῶν αἰώνων.

91. Καὶ ἐγέ÷νετο ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὸν βασιλέα ÷ ὑμνούντων αὐτῶν ÷ καὶ ἑστὼς ἐθεώρει αὐτοὺς ζῶντας /. Τότε Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς ἐθαύμασε, B καὶ ἀνέστη σπεύσας, καὶ εἶπεν τοῖς φίλοις αὐτοῦ÷ ※Οὐχὶ ἄνδρας τρεῖς ἐϐάλομεν εἰς μέσον τοῦ πυρὸς πεπεδημένους, Καὶ εἶπον τῷ βασιλεῖ· Ἀληθῶς, βασιλεῦ.

92. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς /. Ἰδοὺ ἐγὼ ὁρῶ ἄνδρας τέσσαρας λελυμένους περιπατοῦντας ἐν τῷ πυρὶ, καὶ φθορὰ οὐδεμία ἐγενήθη ἐν αὐτοῖς, καὶ ἡ ὅρασις τοῦ τετάρτου ὁμοίωμα ἀγγέλου Θεοῦ.

93. Καὶ προσελθὼν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν θύραν τῆς καμίνου καιομένης τῷ πυρὶ, ἐκάλεσεν αὐτοὺς ἐξ ὀνόματος· Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀϐδεναγὼ, οἱ παῖδες τοῦ Θεοῦ τῶν θεῶν τοῦ ὑψίστου, ἐξέλθετε ἐκ τοῦ πυρός. Οὕτως οὖν ἐξῆλθον οἱ ἄνδρες ἐκ μέσου τοῦ πυρός.

94. Καὶ συνήχθησαν οἱ ὕπατοι, τοπάρχαι, καὶ ἀρχιπατριῶται, καὶ οἱ φίλοι τοῦ βασιλέως, καὶ ἐθεώρουν C τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους, ὅτι οὐχ ἥψατο τὸ πῦρ τοῦ σώματος αὐτῶν, καὶ αἱ τρίχες αὐτῶν οὐ κατεκάησαν, καὶ τὰ σαράϐαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθησαν, οὐδὲ ὀσμὴ τοῦ πυρὸς ἦν ἐν αὐτοῖς.

95. Ὑπολαϐὼν δὲ Ναϐουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Εὐλογητὸς Κύριος τοῦ Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀϐδεναγὼ, ὃς ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἔσωσε τοὺς παῖδας αὐτοῦ, τοὺς ἐλπίσαντας ἐπ' αὐτόν. Τὴν γὰρ προσταγὴν τοῦ βασιλέως ἠθέτησαν, καὶ παρέδωκαν τὰ σώματα αὐτῶν ÷ εἰς ἐμπυ ÷ ρισμὸν /. ἵνα μὴ λατρεύσωσι, μηδὲ προσκυνήσωσι Θεῷ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἢ τῷ Θεῷ αὐτῶν.

96. Καὶ νῦν ἐγὼ κρίνω, ἵνα πᾶν ἔθνος, καὶ πᾶσαι φυλαὶ, καὶ πᾶσαι γλῶσσαι, ὃς ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸν Κύριον τὸν Θεὸν Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀϐδεναγὼ, δια- D μελισθήσεται, καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ δημευθήσεται· διότι οὐκ ἔστι Θεὸς ἕτερος, ὃς δυνήσεται ἐξελέσθαι οὕτως.

97. Οὕτως οὖν βασιλεὺς τῷ Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀϐδεναγὼ, ἐξουσίαν δοὺς ἐφ' ὅλης τῆς χώρας, κατέστησεν αὐτοὺς ἄρχοντας ※.

98. Ἀρχὴ τῆς Ἐπιστολῆς ※ ΝΑΒΟΥΧΟΔΟΝΟΣΟΡ
※ ὁ βασιλεὺς, πᾶσι τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, καὶ γλώσ-
※ σαις, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· εἰρήνη ὑμῖν
※ πληθυνθείη.

99. ※ Τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα ἃ ἐποίησε μετ'
※ ἐμοῦ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ἤρεσεν ἐναντίον μου ἀναγ-
※ γεῖλαι ὑμῖν, ὡς μεγάλα καὶ ἰσχυρά.

100. ÷ Ὡς μεγάλη καὶ ἰσχυρὰ ἡ βασιλεία αὐτοῦ /.

87. Benedicite, sancti, et humiles corde, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

88. Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino, hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula. Quoniam eripuit nos de inferis, et salvos fecit nos de manu mortis, et liberavit nos de medio flammæ ardentis, et de igne redemit nos.

89. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

90. Benedicite, omnes colentes Dominum Deum deorum, laudate, et confitemini, quoniam in sæculum misericordia ejus et in sæculum sæculorum.

91. Et factum est, cum audiret rex laudantes illos et stans videret eos viventes. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, et surrexit festinus, et dixit amicis suis : Nonne viros tres misimus in medium ignis vinctos? Et dixerunt regi : Vere, rex.

92. Et dixit rex : Ecce ego video viros quatuor solutos deambulantes in igne, et corruptio nulla facta est in eis, et aspectus quarti similitudo angeli Dei.

93. Et cum accessisset rex ad ostium fornacis ardentis igne, vocavit eos ex nomine : Sedrach, Misach, Abdenago, servi Dei deorum excelsi, egredimini de igne. Sic igitur egressi sunt viri de medio ignis.

94. Et congregati sunt consules, toparchæ, et principes familiarum, et amici regis, et contemplabantur homines illos, quoniam non tetigit ignis corpus eorum, et capilli eorum non adusti sunt, et sarabara eorum non immutata sunt, neque odor ignis erat in eis.

95. Respondens autem Nabuchodonosor rex dixit : Benedictus Dominus Sedrach, Misach, Abdenago, qui misit angelum suum, et salvavit pueros suos, qui speraverunt in eum; mandatum enim regis spreverunt, et tradiderunt corpora sua in combustionem ne colerent, neque adorarent deum alium præter Deum suum.

96. Et nunc ego decerno, ut omnis gens, et omnes tribus, et omnes linguæ, quicumque blasphemaverit in Dominum Deum Sedrach, Misach, Abdenago, membratim concidatur, et domus ejus publicetur, quia non est Deus alius, qui possit ita liberare.

97. Sic igitur rex, Sedrach, Misach, Abdenago, potestatem dans super universam regionem, constituit eos principes.

98. Initium Epistolæ. NABUCHODONOSOR rex omnibus populis, tribubus, et linguis habitantibus in universa terra; pax vobis multiplicetur.

99. Signa, et ostenta, quæ fecit mecum Deus excelsus, placuit in conspectu meo annuntiare vobis, eo quod magna, et fortia.

100. Quam magnum et potens regnum ejus, re-

gnum ejus, regnum sempiternum, potestas ejus in generationem et generationem.

CAPUT IV.

1. Anno decimo octavo regni Nabuchodonosor dixit : Pacificus eram in domo mea, et felix in throno meo.

2. Somnium vidi, et veritus sum, et timor cecidit super me.

7. In cubili meo dormiebam : et ecce arbor excelsa, quæ nascebatur super terram, et aspectus ejus magnus, et non erat alia similis ei.

9. Rami ejus longitudine quasi stadiorum triginta, et subter eam habitabant omnes bestiæ terræ, et in ea volucres cœli nidificabant; fructus ejus multus, et bonus, et subministrabat omnibus animalibus.

8. Et species ejus magna, vertex illius appropinquabat usque ad cœlum, et truncus ejus usque ad nubes, replens ea, quæ subter cœlum : sol et luna erant, in ea habitabant, et illuminabant universam terram.

10. Contemplabar in somno meo, et ecce Angelus missus est in fortitudine de cœlo.

11. Et clamavit, et dixit ei : Succidite eam, et destruite eam : mandatum enim est ab Altissimo, ut eradicetur, et inutilis fiat ipsa.

12. Et sic dixit : Radicem unam ejus relinquite in terra, ut cum bestiis terræ in montibus fœno sicut bos pascatur.

13. Et de rore cœli corpus ejus immutetur, et septem annis pascatur cum eis.

14. Donec cognoverit Dominum cœli potestatem habere omnium, quæ sunt in cœlo, et omnium, quæ super terram, et quæcumque voluerit facere, facit in eis.

15. In conspectu meo succisa est in die una, et destructio ejus in hora una diei, et rami ejus dati sunt ad omnem ventum, et extracta est, et projecta est : et fœnum terræ comedebat, et in custodiam tradita est, et in compedibus, et in manicis æreis ligata est ab eis. Vehementer admiratus sum super his, et somnus meus recessit ab oculis meis : et surgens mane de cubili meo vocavi Danielem principem sophistarum, et ducem interpretantium somnii, et enarravi ei somnium, et demonstravit mihi omnem interpretationem ejus.

16. Magnopere vero obstupuit Daniel, et conjectura conturbabat eum; et expavescens, quum tremor apprehendisset eum, et immutatus esset aspectus ejus, movens caput, hora una admiratus, respondit mihi voce leni : Rex, somnium istud his, qui te oderunt, et interpretatio ejus super hostes tuos veniat.

17. Arbor, quæ in terra nata est, cujus aspectus est magnus, tu es, rex.

18. Et omnes volucres cœli, quæ nidificabant in ea, fortitudo terræ, et gentium, et linguarum om-

A ※ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος, ἡ ἐξουσία αὐ-
※ τοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

1. ÷ Ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς βασιλείας ⁄. Ναβουχοδονόσορ εἶπεν· Εἰρηνεύων ἤμην ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ εὐθηνῶν ἐπὶ τοῦ θρόνου μου.

2. Ἐνύπνιον εἶδον, καὶ εὐλαβήθην, καὶ φόβος μοι ἐπέπεσεν.

7. Ἐπὶ τῆς κοίτης μου ἐκάθευδον, καὶ ἰδοὺ δένδρον ὑψηλὸν φυόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἡ ὅρασις αὐτοῦ μεγάλη, καὶ οὐκ ἦν ἄλλο ὅμοιον αὐτῷ.

9. Οἱ κλάδοι αὐτοῦ τῷ μήκει ὡς σταδίων τριάκοντα, καὶ ὑποκάτω αὐτοῦ ἐσκίαζον πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐνόσσευον·
B ὁ καρπὸς αὐτοῦ πολὺς, καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐχορήγει πᾶσι τοῖς ζώοις ÷.

8. ⁒ Καὶ ἡ ὅρασις αὐτοῦ μεγάλη, ἡ κορυφὴ αὐτοῦ
⁒ ἤγγισεν ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸ κύτος αὐτοῦ ἕως
⁒ τῶν νεφελῶν, πληροῦν τὰ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ·
⁒ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη ἦν, ἐν αὐτῷ ᾤκουν καὶ ἐφώ-
⁒ τιζον πᾶσαν τὴν γῆν.

10. Ἐθεώρουν ἐν τῷ ὕπνῳ μου, καὶ ἰδοὺ ἄγγελος ἀπεστάλη ἐν ἰσχύϊ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

11. Καὶ ἐφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐκκόψατε αὐτὸ, καὶ καταφθείρατε αὐτό· προστέτακται γὰρ ἀπὸ τοῦ Ὑψίστου ἐκριζῶσαι καὶ ἀχρειῶσαι αὐτό.

12. Καὶ οὕτως εἶπε· Ῥίζαν μίαν ἄφετε αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ, ὅπως μετὰ τῶν θηρίων τῆς γῆς ἐν τοῖς ὄρεσι χόρτον ὡς βοῦς νέμηται.

C 13. Καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀλλοιωθῇ, καὶ ἑπτὰ ἔτη βοσκηθῇ σὺν αὐτοῖς.

14. Ἕως ἂν γνῷ τὸν Κύριον τοῦ οὐρανοῦ ἐξουσίαν ἔχειν πάντων τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅσα ἂν θέλῃ ποιεῖν, ποιεῖ ἐν αὐτοῖς.

15. Ἐνώπιόν μου ἐξεκόπη ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, καὶ ἡ καταφθορὰ αὐτοῦ ἐν ὥρᾳ μιᾷ τῆς ἡμέρας, καὶ οἱ κλάδοι αὐτοῦ ἐδόθησαν εἰς πάντα ἄνεμον, καὶ εἱλκύσθη, καὶ ἐῤῥίφη. Καὶ τὸν χόρτον τῆς γῆς ἤσθιε, καὶ εἰς φυλακὴν παρεδόθη, καὶ ἐν πέδαις, καὶ ἐν χειροπέδαις χαλκαῖς ἐδέθη ὑπ' αὐτῶν. Σφόδρα ἐθαύμασα ἐπὶ τούτοις, καὶ ὁ ὕπνος μου ἀπέστη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ ἀναστὰς τὸ πρωῒ ἐκ τῆς κοίτης μου, ἐκάλεσα τὸν Δανιὴλ τὸν ἄρχοντα τῶν σοφιστῶν, καὶ
D τὸν ἡγούμενον τῶν κρινόντων τὰ ἐνύπνια, καὶ διηγησάμην αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον, καὶ ὑπέδειξέ μοι πᾶσαν τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ.

16. Μεγάλως δὲ ἐθαύμασεν ὁ Δανιὴλ, καὶ ὑπόνοια κατέσπευδεν αὐτόν· καὶ φοβηθεὶς, τρόμου λαβόντος αὐτὸν, καὶ ἀλλοιωθείσης τῆς ὁράσεως αὐτοῦ, κινήσας τὴν κεφαλὴν, ὥραν μίαν ἀποθαυμάσας, ἀπεκρίθη μοι φωνῇ πραείᾳ· Βασιλεῦ, τὸ ἐνύπνιον τοῦτο τοῖς μισοῦσί σε, καὶ ἡ σύγκρισις αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐπέλθοι.

17. Τὸ δένδρον, τὸ ἐν τῇ γῇ πεφυτευμένον, οὗ ἡ ὅρασις μεγάλη, σὺ εἶ, βασιλεῦ.

18. Καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὰ νοσσεύοντα ἐν αὐτῷ, ἡ ἰσχὺς τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ

τῶν γλωσσῶν πασῶν ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι σοὶ δουλεύσουσι.

19. Τὸ δὲ ἀνυψωθῆναι τὸ δένδρον ἐκεῖνο, καὶ ἐγγίσαι τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸ κύτος αὐτοῦ ἅψασθαι τῶν νεφελῶν, σὺ, βασιλεῦ, ὑψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς ὄντας ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς· ὑψώθη σου ἡ καρδία ὑπερηφανίᾳ καὶ ἰσχύϊ ὑπὲρ τὰ πρὸς τὸν ἅγιον καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ· τὰ ἔργα σου ὤφθη, καθ' ὅτι ἐξηρήμωσας τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ τοῦ ἡγιασμένου.

20. Καὶ ἡ ὅρασις, ἣν εἶδες, ὅτι ἄγγελος ἐν ἰσχύϊ ἀπεστάλη παρὰ τοῦ Κυρίου, καὶ ὅτι εἶπεν· Ἐξᾶραι τὸ δένδρον, καὶ ἐκκόψαι, ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ τοῦ μεγάλου ἥξει ἐπὶ σέ.

21. Καὶ ὁ Ὕψιστος, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐπὶ σὲ κατατρέχουσιν, εἰς φυλακὴν ἀπάξουσί σε, καὶ εἰς τόπον ἔρημον ἀποστελοῦσί σε.

23. Καὶ ἡ ῥίζα τοῦ δένδρου, ἡ ἀφεθεῖσα, ἐπεὶ οὐκ ἐξεριζώθη, ὁ τόπος τοῦ θρόνου σου σοὶ συντηρηθήσεται εἰς καιρὸν καὶ ὥραν. Ἰδοὺ ἐπὶ σὲ ἑτοιμάζονται, καὶ μαστιγώσουσί σε, καὶ ἐπάξουσι τὰ κεκριμένα ἐπί σε. Κύριος ζῇ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐπὶ πάσῃ τῇ γῇ.

24. Αὐτοῦ δεήθητι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν σου, καὶ πάσας τὰς ἀδικίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, ἵνα ἐπιείκεια δοθῇ σοι, καὶ πολυήμερος γένῃ ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας σου, καὶ μὴ καταφθείρῃ σε.

25. Τούτους τοὺς λόγους ἀγάπησον· ἀκριβὴς γάρ μου ὁ λόγος, καὶ πλήρης ὁ χρόνος σου. Καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν λόγων Ναβουχοδονόσορ, ὡς ἤκουσε τὴν κρίσιν τοῦ ὁράματος, τοὺς λόγους ἐν τῇ καρδίᾳ συνετήρησε.

26. Καὶ μετὰ μῆνας δώδεκα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ περιεπάτει, καὶ ἐπὶ τῶν πύργων αὐτῆς διεπορεύετο, καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν·

27. Αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα, καὶ οἶκος βασιλείας μου ἐν ἰσχύϊ κράτους μου κληθήσεται εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου.

28. Ἔτι τοῦ λόγου ἐν τῷ στόματι τοῦ βασιλέως ὄντος, ἐπὶ συντελείας τοῦ λόγου αὐτοῦ, φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἤκουσε· Σοὶ λέγεται, Ναβουχοδονόσορ βασιλεῦ, ἡ βασιλεία Βαβυλῶνος ἀφήρηταί σου, καὶ ἑτέρῳ δίδοται ἐξουθενημένῳ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ οἴκῳ σου.

Ἰδοὺ ἐγὼ καθίστημι αὐτὸν ἐπὶ τῆς βασιλείας σου, καὶ τὴν ἐξουσίαν σου, καὶ τὴν δόξαν σου, καὶ τὴν τρυφήν σου παραλήψεται· ὅπως ἐπιγνῷς, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται, δώσει αὐτήν· ἕως δὲ ἡλίου ἀνατολῆς, βασιλεὺς ἕτερος εὐφρανθήσεται ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ κρατήσει τῆς δόξης σου, καὶ τῆς ἰσχύος σου, καὶ τῆς ἐξουσίας σου.

29. Καὶ οἱ ἄγγελοι διώξονταί σε ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ, καὶ οὐ μὴ ὀφθῇς, οὐδ' οὐ μὴ λαλήσῃς μετὰ παντὸς ἀνθρώπου, χόρτον ὡς βοῦν σε ψωμίσουσι, καὶ ἀπὸ τῆς χλόης τῆς γῆς ἔσται ἡ νομή σου. Ἰδοὺ ἀντὶ τῆς δόξης σου δήσουσί σε, καὶ τὸν οἶκον τῆς τρυφῆς σου, καὶ τῆς βασιλείας σου ἕτερος ἕξει.

A nium usque ad terminos terræ, et omnes regiones servient tibi.

19. Quod autem exaltata fuerit arbor illa, et appropinquaverit cœlo, et truncus ejus tetigerit nubes : tu, rex, elevatus es super omnes homines, qui sunt super faciem universæ terræ : elevatum est cor tuum superbia, et fortitudine supra ea, quæ sancti sunt, et angelorum ejus. Opera tua inspecta sunt, secundum quod devastasti domum Dei viventis propter peccata populi sanctificati.

20. Et visio, quam vidisti, quia angelus in fortitudine missus est a Domino, et quia dixit : Tolle arborem, et succide : judicium Dei magni veniet super te.

B 21. Et Altissimus, et angeli ejus in te incurrunt, in custodiam abducent te, et in locum desertum mittent te.

23. Et radix arboris, quæ relicta est, quoniam eradicata non est, locus throni tui tibi conservabitur ad tempus, et horam. Ecce super te præparantur, et flagellabunt te, et inducent, quæ decreta sunt super te : Dominus vivit in cœlo, et potestas ejus in universa terra.

24. Ipsum deprecare pro peccatis tuis, et omnes injustitias tuas eleemosynis redime, ut mansuetudo detur tibi, et multis diebus sis super thronum regni tui, et non disperdat te.

25. Hos sermones observa : certus enim est C meus sermo, et completum tempus tuum. Et in fine verborum Nabuchodonosor, postquam audivit interpretationem visionis, verba in corde conservavit.

26. Et post menses duodecim rex super muros civitatis cum omni majestate sua deambulabat, et super turres ejus pertransibat, et respondens dixit :

27. Hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi, et domus regni mei in fortitudine potentiæ meæ vocabitur ad honorem gloriæ meæ.

28. Cum adhuc sermo in ore regis esset, in fine sermonis sui vocem de cœlo audivit : Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex : regnum Babylonis ablatum est a te, et alteri datur abjecto homini in domo D tua.

Ecce ego constituo eum super regnum tuum, et potestatem tuam, et gloriam tuam, et delicias tuas accipiet, ut noscas, quia potestatem habet Deus cœli in regno hominum, et cui voluerit, dabit illud. Usque ad solis ortum rex alter lætabitur in domo tua, et obtinebit gloriam tuam, et fortitudinem tuam, et potestatem tuam.

29. Et angeli persequentur te ad annos septem : et non aspicieris, neque loqueris cum omni homine : fœno ut bovem pascent te, et de gramine terræ erit pabulum tuum. Ecce pro gloria tua ligabunt te, et domum deliciarum tuarum, et regni tui alter habebit.

30. Sed usque mane omnia implebuntur super te, A Nabuchodonosor rex Babylonis, et non deerit de omnibus istis quidquam. Ego Nabuchodonosor rex Babylonis septem annis colligatus fui, fœno ut bovem paverunt me, et de herba terræ comedebam.

31. Et post annos septem dedi animam meam ad obsecrationem, et rogavi pro peccatis meis in facie Domini Dei cœli, et pro ignorantiis meis Deum deorum magnum deprecatus sum : et capilli mei facti sunt quasi alæ aquilæ, et ungues mei quasi leonis, immutata est caro mea et cor meum, nudus ambulabam cum bestiis terræ.

32. Somnium vidi, et suspiciones me occupaverunt, et ex tempore somnus gravis me apprehendit, B et dormitatio cecidit super me. Et in fine septem annorum tempus redemptionis meæ venit, et peccata mea et ignorantiæ meæ completæ sunt in conspectu Dei cœli, et obsecravi pro ignorantiis meis Deum deorum magnum. Et ecce angelus unus vocavit me de cœlo dicens : Nabuchodonosor, servito Deo cœli sancto, et da gloriam Altissimo. Regnum gentis tuæ tibi redditur.

33. In illo tempore restitutum est regnum meum mihi, et gloria mea reddita est mihi.

34. Altissimo confiteor, et laudo : Creatori cœli, et terræ, et maris, et fluminum, et omnium, quæ in eis sunt, confiteor, et laudo, quia ipse est Deus deorum, et Dominus dominantium, et rex regum, C quoniam ipse facit signa et ostenta, et mutat tempora et ætates, auferens regnum regum, et constituens alios pro eis. Ex hoc tempore ipsum colam, et a timore ejus tremor apprehendit me, et omnes sanctos ejus laudo : dii enim gentium non habent in semetipsis virtutem transferendi regnum regis in alium regem, et interficiendi, vivificandi, et operandi signa, et mirabilia magna et terribilia, et permutandi ultra modum res, sicut fecit in me Deus cœli, et permutavit in me magnas res.

Ego cunctis diebus regni mei pro anima mea sacrificia Altissimo offeram in odorem suavitatis Domino : et quod placitum est in conspectu ejus, D faciam ego, et populus meus, gens mea, et regiones meæ, quæ sunt in potestate mea. Et quicumque loquuti fuerint contra Deum cœli, et quicumque deprehensi fuerint loquentes aliquid, hos morte damnabo.

Scripsit autem rex Nabuchodonosor epistolam circularem omnibus per locum gentibus, et regionibus, et linguis omnibus habitantibus in cunctis regionibus, generationibus et generationibus.

Dominum Deum cœli laudate, et sacrificium et oblationem offerte ei gloriose.

Ego rex regum confiteor ei magnifice, quia sic fecit mecum.

In ipsa die collocavit me supra thronum meum,

30. Ἕως δὲ πρωῒ πάντα τελεσθήσεται ἐπί σε, Ναβουχοδονόσορ βασιλεῦ Βαβυλῶνος, καὶ οὐχ ὑστερήσει ἀπὸ πάντων τούτων οὐθέν. Ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἑπτὰ ἔτη ἐπεδήθην, χόρτον ὡς βοῦν ἐψώμισάν με, καὶ ἀπὸ τῆς χλόης τῆς γῆς ἤσθιον.

31. Καὶ μετὰ ἔτη ἑπτὰ ἔδωκα τὴν ψυχήν μου εἰς δέησιν, καὶ ἠξίωσα περὶ τῶν ἁμαρτιῶν μου κατὰ πρόσωπον Κυρίου τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ περὶ τῶν ἀγνοιῶν μου τοῦ Θεοῦ τῶν θεῶν τοῦ μεγάλου ἐδεήθην· καὶ αἱ τρίχες μου ἐγένοντο ὡς πτέρυγες ἀετοῦ, οἱ ὄνυχές μου ὡσεὶ λέοντος, ἠλλοιώθη ἡ σάρξ μου καὶ ἡ καρδία μου, γυμνὸς περιεπάτουν μετὰ τῶν θηρίων τῆς γῆς.

32. Ἐνύπνιον εἶδον, καὶ ὑπόνοιαί με εἰλήφασι, καὶ διὰ χρόνου ὕπνος με ἔλαβε πολὺς, καὶ νυσταγμὸς ἐπέπεσέ μοι. Καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν ἑπτὰ ἐτῶν ὁ χρόνος μου τῆς ἀπολυτρώσεως ἦλθε, καὶ αἱ ἁμαρτίαι μου καὶ αἱ ἄγνοιαί μου ἐπληρώθησαν ἐναντίον τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐδεήθην περὶ τῶν ἀγνοιῶν μου τοῦ Θεοῦ τῶν θεῶν τοῦ μεγάλου. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος εἷς ἐκάλεσέ με ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγων· Ναβουχοδονόσορ, δούλευσον τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ τῷ ἁγίῳ, καὶ δὸς δόξαν τῷ Ὑψίστῳ. Τὸ βασίλειον τοῦ ἔθνους σου σοὶ ἀποδίδοται.

33. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκατεστάθη ἡ βασιλεία ⁜ μου ἐμοὶ, καὶ ἡ δόξα μου ἀπεδόθη μοι /.

34. Τῷ Ὑψίστῳ ἀνθομολογοῦμαι, καὶ αἰνῶ· τῷ κτίσαντι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἐξομολογοῦμαι, καὶ αἰνῶ, ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ Κύριος τῶν κυρίων, καὶ Βασιλεὺς τῶν βασιλέων· ὅτι αὐτὸς ποιεῖ σημεῖα καὶ τέρατα, καὶ ἀλλοιοῖ καιροὺς καὶ χρόνους, ἀφαιρῶν βασιλείαν βασιλέων, καὶ καθιστῶν ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν· ἀπὸ τοῦ νῦν αὐτῷ λατρεύσω, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ τρόμος εἴληφέ με, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους αὐτοῦ αἰνῶ· οἱ γὰρ θεοὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἰσχὺν ἀποστρέψαι βασιλείαν βασιλέως εἰς ἕτερον βασιλέα, καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ ζῆν ποιῆσαι, καὶ ποιῆσαι σημεῖα, καὶ θαυμάσια μεγάλα καὶ φοβερὰ, καὶ ἀλλοιῶσαι ὑπερμεγέθη πράγματα, καθὼς ἐποίησεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἠλλοίωσεν ἐπ' ἐμοὶ μεγάλα πράγματα.

Ἐγὼ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς βασιλείας μου περὶ τῆς ψυχῆς μου τῷ Ὑψίστῳ θυσίας προσοίσω εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Κυρίῳ, καὶ τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσω ἐγὼ, καὶ ὁ λαός μου, τὸ ἔθνος μου, καὶ αἱ χῶραί μου, αἱ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ μου. Καὶ ὅσοι ἐλάλησαν εἰς τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὅσοι ἂν καταληφθῶσι λαλοῦντές τι, τούτους κατακρινῶ θανάτῳ.

Ἔγραψε δὲ ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ ἐπιστολὴν ἐγκύκλιον πᾶσι τοῖς κατὰ τόπον ἔθνεσι, καὶ χώραις, καὶ γλώσσαις πάσαις ταῖς οἰκούσαις ἐν πάσαις ταῖς χώραις, γενεαῖς καὶ γενεαῖς.

Κυρίῳ τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ αἰνεῖτε, καὶ θυσίαν καὶ προσφορὰν προσφέρετε αὐτῷ ἐνδόξως.

Ἐγὼ βασιλεὺς βασιλέων ἀνθομολογοῦμαι αὐτῷ ἐνδόξως, ὅτι οὕτως ἐποίησε μετ' ἐμοῦ.

Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐκάθισέ με ἐπὶ τοῦ θρόνου

μου, καὶ τῆς ἐξουσίας μου, καὶ τῆς βασιλείας μου· A ἐν τῷ λαῷ μου ἐκράτησα, καὶ ἡ μεγαλωσύνη μου ἀποκατεστάθη μοι.

Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ πάσαις ταῖς χώραις, καὶ πᾶσι τοῖς οἰκοῦσιν ἐν αὐταῖς· Εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη ἐν παντὶ καιρῷ. Καὶ νῦν ὑποδείξω ὑμῖν τὰς πράξεις, ἃς ἐποίησε μετ' ἐμοῦ ὁ Θεὸς ὁ μέγας· ἔδοξε δέ μοι ἀποδεῖξαι ὑμῖν, καὶ τοῖς σοφισταῖς ὑμῶν, ὅτι ἔστι Θεὸς, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ μεγάλα· τὸ βασίλειον αὐτοῦ, βασίλειον εἰς τὸν αἰῶνα· ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς. Καὶ ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς περὶ πάντων τῶν γενηθέντων αὐτῷ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς οὖσιν ὑπὸ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. Ε'

B 1. Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ἐν ἡμέρᾳ ἐγκαινισμοῦ τῶν βασιλειῶν αὐτοῦ· ἐκάλεσεν ἄνδρας δισχιλίους.

4. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ Βαλτάσαρ ἐνυψούμενος ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ καυχώμενος ἐπῄνεσε πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, τοὺς χωνευτοὺς, καὶ γλυπτοὺς ἐν τῷ τόπῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ οὐκ ἔδωκεν αἴνεσιν.

5. Ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐξῆλθον δάκτυλοι ὡσεὶ ἀνθρώπου, καὶ ἐπέγραψαν ἐπὶ τοῦ τοίχου οἴκου αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ κονιάματος κατέναντι τοῦ λύχνους. *Μανὴ, Φάρες, Θεκέλ.* Ἔστι δὲ ἡ ἑρμηνεία αὐτῶν· ΜΑΝΗ ἠρίθμηται, ΦΑΡΕΣ ἐξῆρται, ΘΕΚΕΛ ἕσταται.

1. Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν ἑστιατορίαν μεγάλην τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ.

C 2. Καὶ ἔπινεν οἶνον, καὶ ἀνυψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ εἶπεν ἐνέγκαι τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ, καὶ τὰ ἀργυρᾶ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, ἃ ἤνεγκε Ναβουχοδονόσορ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἰνοχοῆσαι ἐν αὐτοῖς τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ.

3. Καὶ ἠνέχθη, καὶ ἔπινον ἐν αὐτοῖς, καὶ ηὐλόγουν τὰ εἴδωλα τὰ χειροποίητα αὐτῶν.

4. Καὶ τὸν Θεὸν τοῦ αἰῶνος οὐκ εὐλόγησαν, τὸν ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν τοῦ πνεύματος αὐτῶν.

5. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ἐξῆλθον δάκτυλοι, ὡσεὶ χειρὸς ἀνθρώπου, καὶ ἔγραψαν ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ κονιάματος κατέναντι τοῦ φωτὸς ἔναντι τοῦ βασιλέως Βαλτάσαρ, καὶ εἶδε χεῖρα γράφουσαν.

D 6. Καὶ ἡ ὅρασις αὐτοῦ ἠλλοιώθη, καὶ φόβοι καὶ ὑπόνοιαι αὐτὸν κατέσπευδον. Ἔσπευσεν οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐξανέστη, καὶ ἑώρα τὴν γραφὴν ἐκείνην, καὶ οἱ συνεταῖροι κύκλῳ αὐτοῦ ἐκαυχῶντο.

7. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καλέσαι τοὺς ἐπαοιδοὺς, καὶ φαρμακοὺς, καὶ Χαλδαίους, καὶ γαζαρηνοὺς, ἀπαγγεῖλαι τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς. Καὶ εἰσεπορεύοντο ἐπὶ θεωρίαν, ἰδεῖν τὴν γραφὴν, καὶ τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς οὐκ ἐδύναντο συγκρίναι τῷ βασιλεῖ. Τότε ὁ βασιλεὺς ἐξέθηκε πρόσταγμα, λέγων· Πᾶς ἀνὴρ ὃς ἂν ὑποδείξῃ τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς, στολιεῖ αὐτὸν πορφύραν, καὶ μανιάκην χρυσοῦν περιθήσει αὐτῷ, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐξουσία τοῦ τρίτου μέρους τῆς βασιλείας.

8. Καὶ εἰσεπορεύοντο οἱ ἐπαοιδοὶ καὶ οἱ φαρμακοὶ,

A et potestatem meam, et regnum meum; in populo meo regnavi, et magnificentia mea restituta est mihi.

Nabuchodonosor rex omnibus gentibus, et cunctis regionibus, et universis habitantibus in eis. Pax vobis multiplicetur in omni tempore. Et nunc manifestabo vobis opera, quæ fecit mecum Deus magnus : visum est autem mihi ostendere vobis, et sophistis vestris, quia est Deus, et mirabilia ejus magna : regnum ejus regnum in æternum : potestas ejus a generationibus in generationes. Et misit epistolas de omnibus, quæ evenerant sibi in regno suo omnibus gentibus, quæ erant sub regno ejus.

CAPUT V.

B 1. Baltasar rex fecit convivium magnum in die dedicationis regnorum suorum; vocavit viros bis mille.

4. In die illa Baltasar elatus a vino, et glorians laudavit omnes deos gentium conflatiles, et sculptiles in loco suo, et Deo excelso non dedit laudem.

5. In eadem nocte exierunt digiti quasi hominis, et scripserunt in muro domus ejus super albario parietis e regione lucernæ : *Mane, Phares, Thecel.* Est autem interpretatio eorum : MANE numeratum est, PHARES ablatum est, THECEL appensum est.

1. Baltasar rex fecit convivium magnum amicis suis.

C 2. Et bibebat vinum, et elevatum est cor ejus, et dixit afferri vasa aurea, et argentea domus Dei, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de Jerusalem, et ministrari in eis vinum amicis suis.

3. Et allata sunt; et bibebant in eis, et benedicebant idolis suis manufactis.

4. Et Deo sæculi non benedixerunt, qui habebat potestatem spiritus eorum.

5. In ipsa hora illa exierunt digiti quasi manus hominis, et scripserunt in muro domus ejus super albario parietis e regione luminis in conspectu regis Baltasar; et vidit manum scribentem.

D 6. Et aspectus ejus immutatus est, et timores et suspiciones eum incitabant. Festinavit itaque rex, et surrexit, et videbat scripturam illam; et amici in circuitu ejus gloriabantur.

7. Et rex voce magna clamavit, ut vocarent incantatores, et maleficos, et Chaldæos, et gazarenos ad annuntiandam interpretationem scripturæ. Et ingressi sunt ad spectaculum, ut viderent scripturam, et interpretationem scripturæ non potuerunt interpretari regi. Tunc rex edidit edictum dicens : Omnis vir quicumque demonstraverit interpretationem scripturæ, vestietur ipse purpura, et torques aureus circumponetur ei, et dabitur ei potestas tertiæ partis regni.

8. Et introibant incantatores, et malefici, et gaza-

reni, et nemo poterat interpretationem scripturæ annuntiare. A

9. Tunc rex vocavit reginam propter hoc signum, et ostendit ei, quam magnum esset, et quod nullus homo posset annuntiare regi interpretationem scripturæ.

10. Eodem tempore regina mentionem Danielis apud eum fecit, qui erat de captivitate Judææ.

11. Et dixit regi : Homo scientia præditus erat, et sapiens, et superans omnes sapientes Babylonis, et Spiritus sanctus in eo est : et in diebus patris tui regis interpretationes sublimes demonstravit Nabuchodonosor patri tuo.

13. Tunc Daniel introductus est ad regem, et respondens rex dixit ei :

14. O Daniel, potes indicare mihi interpretationem scripturæ? B

16. Et vestiam te purpura, et torque aureo circumdabo te, et habebis potestatem tertiæ partis regni mei.

17. Tunc Daniel stetit e regione scripturæ, et legit, et sic respondit regi : Hæc est scriptura : Numeratum est, computatum est, ablatum est : et stetit manus scribens, et hæc est interpretatio eorum.

23. Rex, tu fecisti convivium amicis tuis, et bibebas vinum, et vasa domus Dei viventis allata sunt tibi, et bibebatis in eis, tu et optimates tui, et laudastis omnia idola hominum manufacta, et Deo viventi non benedixistis, et spiritus tuus in manu C ejus, et regnum tuum ipse dedit tibi, et non benedixisti ei, neque laudasti eum.

26. Hæc est interpretatio scripturæ : Numeratum est tempus regni tui.

27. Finit regnum tuum; præcisum est, et consummatum est.

28. Regnum tuum Medis et Persis datur.

29. Tunc Baltasar rex induit Danielem purpura, et torquem aureum circumposuit ei, et dedit potestatem ei tertiæ partis regni sui.

30. Et interpretatio venit super Baltasar regem : et regnum ablatum est a Chaldæis, et datum est D Medis, et Persis.

31. Et Artaxerxes Medus accepit regnum, et Darius plenus dierum, et gloriosus in senectute.

CAPUT VI.

1. Et constituit satrapas centum viginti septem super universum regnum suum.

2. Et super eos, viros tres duces eorum : et Daniel unus erat ex tribus viris,

3. Super omnes habens potestatem in regno.

4. Daniel autem erat indutus purpura, et magnus et honoratus in conspectu Darii regis, propterea quod esset celebris, et scientia præditus, et intelli-

καὶ γαζαρηνοὶ, καὶ οὐκ ἠδύνατο οὐδεὶς τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς ἀπαγγεῖλαι.

9. Τότε ὁ βασιλεὺς ἐκάλεσε τὴν βασίλισσαν περὶ τούτου σημείου, καὶ ὑπέδειξεν αὐτῇ, ὡς μέγα ἐστὶ, καὶ ὅτι πᾶς ἄνθρωπος οὐ δύναται ἀπαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς.

10. Τότε ἡ βασίλισσα ἐμνήσθη πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ Δανιὴλ, ὃς ἦν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας.

11. Καὶ εἶπε τῷ βασιλεῖ· Ὁ ἄνθρωπος ἐπιστήμων ἦν καὶ σοφὸς, καὶ ὑπερέχων πάντας τοὺς σοφοὺς Βαβυλῶνος, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐν αὐτῷ ἐστι, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πατρός σου τοῦ βασιλέως συγκρίματα ὑπέρογκα ὑπέδειξε Ναβουχοδονόσορ τῷ πατρί σου.

13. Τότε Δανιὴλ εἰσήχθη πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτῷ·

14. Ὦ Δανιὴλ, δύνῃ μοι ὑποδεῖξαι τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς;

16. Καὶ στολιῶ σε πορφύραν, καὶ μανιάκην χρυσοῦν περιθήσω σοι, καὶ ἕξεις ἐξουσίαν τοῦ τρίτου μέρους τῆς βασιλείας μου.

17. Τότε Δανιὴλ ἔστη κατέναντι τῆς γραφῆς, καὶ ἀνέγνω, καὶ οὕτως ἀπεκρίθη τῷ βασιλεῖ· Αὕτη ἡ γραφὴ, Ἠρίθμηται, κατελογίσθη, ἐξῆρται, καὶ ἔστη ἡ γράψασα χεὶρ, καὶ αὕτη ἡ σύγκρισις αὐτῶν.

23. Βασιλεῦ, σὺ ἐποιήσω ἑστιατορίαν τοῖς φίλοις σου, καὶ ἔπινες οἶνον, καὶ τὰ σκεύη τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἠνέχθη σοι, καὶ ἐπίνετε ἐν αὐτοῖς, σὺ καὶ οἱ μεγιστᾶνές σου, καὶ ᾐνέσατε πάντα τὰ εἴδωλα τὰ χειροποίητα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι οὐκ εὐλογήσατε, καὶ τὸ πνεῦμά σου ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ τὸ βασίλειόν σου αὐτὸς ἔδωκέ σοι —: καὶ οὐκ εὐλόγησας αὐτὸν, οὐδὲ ᾔνεσας αὐτῷ.

26. Τοῦτο τὸ σύγκριμα τῆς γραφῆς· Ἠρίθμηται ὁ χρόνος σου τῆς βασιλείας.

27. Ἀπολήγει ἡ βασιλεία σου· συντέτμηται, καὶ συντετέλεσται.

28. Ἡ βασιλεία σου τοῖς Μήδοις καὶ τοῖς Πέρσαις δίδοται.

29. Τότε Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐνέδυσε τὸν Δανιὴλ πορφύραν, καὶ μανιάκην χρυσοῦν περιέθηκεν αὐτῷ, καὶ ἔδωκεν ἐξουσίαν αὐτῷ τοῦ τρίτου μέρους τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

30. Καὶ τὸ σύγκριμα ἐπῆλθε Βαλτάσαρ τῷ βασιλεῖ· καὶ τὸ βασίλειον ἐξῆρται ἀπὸ τῶν Χαλδαίων, καὶ ἐδόθη τοῖς Μήδοις καὶ τοῖς Πέρσαις.

31. Καὶ Ἀρταξέρξης ὁ τῶν Μήδων παρέλαβε τὴν βασιλείαν, καὶ Δαρεῖος πλήρης τῶν ἡμερῶν, καὶ ἔνδοξος ἐν γήρει.

ΚΕΦΑΛ. Ϛʹ.

1. Καὶ κατέστησε σατράπας ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτὰ ἐπὶ πάσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

2. Καὶ ἐπ' αὐτῶν ἄνδρας τρεῖς ἡγουμένους αὐτῶν· καὶ Δανιὴλ εἷς ἦν τῶν τριῶν ἀνδρῶν.

3. Ὑπὲρ πάντας ἔχων ἐξουσίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ.

4. Καὶ Δανιὴλ ἦν ἐνδεδυμένος πορφύραν, καὶ μέγας καὶ ἔνδοξος ἔναντι Δαρείου τοῦ βασιλέως, καθότι ἦν ἔνδοξος, καὶ ἐπιστήμων, καὶ συνετὸς, καὶ Πνεῦμα

A ἅγιον ἐν αὐτῷ ÷, καὶ εὐ÷οδούμενος ἐν ταῖς πραγματείαις ÷ τοῦ βασιλέως, αἷς ἔπρασσε.

Τότε ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύσατο καταστῆσαι τὸν Δανιὴλ ἐπὶ πάσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας, οὓς κατέστησε μετ' αὐτοῦ, καὶ σατράπας ἑκατὸν εἴκοσι ἑπτά. Ὅτε δὲ ἐβουλεύσατο ὁ βασιλεὺς καταστῆσαι τὸν Δανιὴλ ἐπὶ πάσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

5. Τότε βουλὴν καὶ γνώμην ἐβουλεύσαντο ἐν ἑαυτοῖς οἱ δύο νεανίσκοι πρὸς ἀλλήλους λέγοντες (ἐπεὶ οὐδεμίαν ἁμαρτίαν οὐδὲ ἄγνοιαν ηὕρισκον κατὰ τοῦ Δανιὴλ, περὶ ἧς κατηγορήσουσιν αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα), καὶ εἶπαν· Δεῦτε, στήσωμεν ὁρισμὸν καθ' ἑαυτῶν, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος οὐκ ἀξιώσει ἀξίωμα, καὶ οὐ μὴ εὔξηται εὐχὴν ἀπὸ παντὸς Θεοῦ ἕως ἡμερῶν τριάκοντα, B ἀλλ' ἢ παρὰ Δαρείου τοῦ βασιλέως· εἰ δὲ μὴ, ἀποθανεῖται· ἵνα ἡττήσωσι τὸν Δανιὴλ ἐναντίον τοῦ βασιλέως, καὶ ῥιφῇ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων. Ἤδεισαν γὰρ, ὅτι Δανιὴλ προσεύχεται, καὶ δεῖται Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ τρὶς τῆς ἡμέρας.

6. Τότε προσῆλθοσαν οἱ ἄνθρωποι ἐκεῖνοι, καὶ εἶπαν ἐναντίον τοῦ βασιλέως.

7. Ὁρισμὸν καὶ στάσιν ἐστήσαμεν, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος, ὃς ἂν εὔξηται εὐχὴν, ἢ ἀξιώσῃ ἀξίωμά τι παρὰ παντὸς Θεοῦ ἕως ἡμερῶν τριάκοντα, ἀλλ' ἢ παρὰ Δαρείου τοῦ βασιλέως.

8. Ῥιφήσεται εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων.

9. Καὶ οὕτως ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος ἔστησε, καὶ ἐκύρωσεν.

C

10. Ἐπιγνοὺς δὲ Δανιὴλ τὸν ὁρισμὸν, ὃν ἔστησε κατ' αὐτοῦ, θυρίδας ἤνοιξεν ἐν τῷ ὑπερῴῳ αὐτοῦ κατέναντι Ἱερουσαλήμ· καὶ ἔπιπτεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τρὶς τῆς ἡμέρας, καθὼς ἐποίει ἔμπροσθεν, καὶ ἐδεῖτο.

11. Καὶ αὐτοὶ ἐτήρησαν τὸν Δανιὴλ, καὶ κατελάβοσαν αὐτὸν εὐχόμενον τρὶς τῆς ἡμέρας καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

12. Τότε οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐνέτυχον τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶπαν· Δαρεῖε βασιλεῦ, οὐχ ὁρισμὸν ὡρίσω, ἵνα πᾶς ἄνθρωπος μὴ εὔξηται εὐχὴν, μηδὲ ἀξιώσῃ ἀξίωμα παρὰ παντὸς Θεοῦ ἕως ἡμερῶν τριάκοντα, ἀλλὰ παρὰ σοῦ, βασιλεῦ; εἰ δὲ μὴ, ῥιφήσεται εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων.

D

13. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀκριβὴς ὁ λόγος, καὶ μενεῖ ὁ ὁρισμός. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὁρκίζομέν σε τοῖς Μήδων καὶ Περσῶν δόγμασιν, ἵνα μὴ ἀλλοιώσῃς τὸ πρόσταγμα, μηδὲ θαυμάσῃς πρόσωπον· καὶ ἵνα μὴ ἐλαττώσῃς τι τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ κολάσῃς τὸν ἄνθρωπον, ὃς οὐκ ἐνέμεινε τῷ ὁρισμῷ τούτῳ. Καὶ εἶπεν· Οὕτως ποιήσω, καθὼς λέγετε, καὶ ἕστηκέ μοι τοῦτο.

14. Καὶ εἶπαν· Ἰδοὺ εὕρομεν Δανιὴλ τὸν φίλον σου εὐχόμενον καὶ δεόμενον τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ τρὶς τῆς ἡμέρας. Καὶ λυπούμενος ὁ βασιλεὺς, εἶπεν ῥιφῆναι τὸν Δανιὴλ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, κατὰ τὸν ὁρισμὸν ὃν ἔστησε κατ' αὐτοῦ. Τότε ὁ βασιλεὺς σφόδρα ἐλυπήθη ἐπὶ τὸν Δανιὴλ, καὶ ἐβοή-

gens, et Spiritus sanctus in eo, et prospere agens in negotiis regis quæ gerebat.

Tunc rex decrevit constituere Danielem super universum regnum suum, et duos viros, quos constituit cum eo, et satrapas centum viginti septem. Quando autem deliberavit rex constituere Danielem super omne regnum suum.

5. Tunc consilium et sententiam inierunt illi duo adolescentes inter se loquentes invicem (quoniam nullum delictum, neque ignorantiam inveniebant contra Danielem, de qua accusarent eum apud regem) et dixerunt: Venite, statuamus definitam legem contra nosmetipsos, quod nullus homo rogabit petitionem, neque deprecabitur qualemcunque deum usque ad dies triginta, præterquam Darium regem: quod ni faciat, morietur; ut vincerent Danielem in conspectu regis, et projiceretur in lacum leonum. Noverant enim, quod Daniel oraret, et deprecaretur Dominum Deum suum ter in die.

6. Tunc accesserunt homines illi, et dixerunt coram rege.

7. Definitam legem, et constitutionem statuimus, quod omnis homo quicumque oraverit, et rogaverit petitionem aliquam ab omni deo usque ad dies triginta, nisi a Dario rege,

8. Projicietur in lacum leonum.

9. Et ita rex Darius statuit, et ratum fecit.

10. Cum autem Daniel cognovisset constitutionem, quam statuerat contra se, fenestras aperuit in summa ædium suarum parte contra Jerusalem, et procidebat super faciem suam ter in die, sicut faciebat antea, et deprecabatur.

11. Et ipsi observarunt Danielem, et deprehenderunt eum orantem ter in die quotidie.

12. Tunc isti homines convenerunt regem, et dixerunt: Darie rex, nonne legem statuisti, ut omnis homo non oret, neque roget petitionem ab omni Deo usque ad dies triginta, nisi a te, rex: secus vero, projiciatur in lacum leonum?

13. Respondens autem rex dixit eis: Certus est sermo, et manebit lex. Et dixerunt ei: Adjuramus te per Medorum et Persarum decreta, ut non permutes præceptum, neque admireris personam: et ut non detrahas quidquam ex his, quæ decreta sunt; quin imo punias hominem, quicumque non steterit constitutioni huic. Et dixit: Ita faciam, quemadmodum dicitis, et ratum est mihi istud.

14. Et dixerunt: Ecce invenimus Danielem amicum tuum orantem, et deprecantem faciem Dei sui ter in die. Et contristatus rex, dixit ut projiceretur Daniel in lacum leonum juxta constitutionem, quam statuerat adversus eum. Tunc rex vehementi dolore affectus est super Danielem, et adjuvabat

usque ad occasum solis, ut eriperet eum de manibus satraparum.

15. Et non potuit liberare eum ab eis.

16. Exclamans autem Darius rex dixit Danieli : Deus tuus, quem tu colis jugiter ter in die, ipse eripiet te de manu leonum; usque mane confide.

17. Tunc Daniel projectus est in lacum leonum. Et allatus est lapis, et positus est super os laci ; et obsignavit rex annulo suo, et annulis optimatum suorum, ut non ab illis tolleretur Daniel, aut rex extraheret eum de lacu.

18. Tunc reversus est rex in regiam suam, et pernoctavit jejunus, et erat mœstus propter Danielem. Tunc Deus Danielis, curam habens illius, conclusit ora leonum, et molestiam non attulerunt Danieli.

19. Et rex Darius surrexit diluculo, et assumpsit secum satrapas, et abiens stetit super os laci leonum.

20. Postea rex vocavit Danielem voce magna cum fletu dicens : O Daniel, si forte vivis, et Deus tuus, quem colis semper, servavit te de leonibus, et non contriverunt te ?

21. Tunc Daniel clamavit voce magna, et dixit:

22. Rex, adhuc sum vivens, et liberavit me Deus de leonibus, eo quod justitia in me inventa est coram eo ; sed et in conspectu tuo, rex, neque ignorantia, neque delictum deprehensum est in me : tu autem audisti homines, qui seducunt reges, et projecisti me in lacum leonum ad perditionem.

23. Eodem tempore congregati sunt omnes magistratus, et intuebantur Danielem, quomodo nullam molestiam attulissent ei leones.

24. Tunc duo homines illi, qui adversus Danielem testimonium dixerant, ipsi, et uxores eorum, et filii eorum projecti sunt leonibus, et leones interfecerunt eos, et comminuerunt ossa eorum.

25. Tunc Darius scripsit omnibus gentibus, et linguis, et regionibus, et habitantibus in universa terra ejus, dicens :

26. Omnes homines, qui sunt in regno meo, sint adoratores, et cultores Dei Danielis : ipse enim est Deus manens, et vivens in generationes generationum usque in æternum.

27. Ego Darius ero adorans eum, et serviens cunctis diebus meis. Idola enim manufacta non possunt servare, sicut liberavit Deus Danielis Danielem.

28 Et rex Darius appositus est ad genus suum, et Daniel constitutus est super regnum Darii. Et Cyrus Persa suscepit regnum ejus.

CAPUT VII.

1. Anno primo imperante Baltasar regionibus Babylonis, Daniel visionem vidit supra caput in

A θει τοῦ ἐξελέσθαι αὐτὸν ἕως δυσμῶν ἡλίου ἀπὸ τῶν χειρῶν τῶν σατραπῶν.

15. Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐξελέσθαι αὐτὸν ἀπ' αὐτῶν.

16. Ἀναβοήσας δὲ Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς εἶπε τῷ Δανιήλ· Ὁ Θεός σου, ᾧ σὺ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, τρὶς τῆς ἡμέρας, αὐτὸς ἐξελεῖταί σε ἐκ χειρὸς τῶν λεόντων, ἕως πρωῒ θάῤῥει.

17. Τότε Δανιὴλ ἐῤῥίφη εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ ἠνέχθη λίθος, καὶ ἐτέθη εἰς τὸ στόμα τοῦ λάκκου, καὶ ἐσφραγίσατο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δακτυλίῳ ἑαυτοῦ, καὶ ἐν τοῖς δακτυλίοις τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ὅπως μὴ ἀπ' αὐτῶν ἀρθῇ ὁ Δανιὴλ ÷, ἢ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀνασπάσῃ ἐκ τοῦ λάκκου /

18. Τότε ὑπέστρεψεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ βασίλεια αὐτοῦ, καὶ ηὐλίσθη νῆστης, καὶ ἦν λυπούμενος περὶ B τοῦ Δανιήλ. Τότε ὁ Θεὸς τοῦ Δανιήλ, πρόνοιαν ποιούμενος αὐτοῦ, ἀπέκλεισε τὰ στόματα τῶν λεόντων, καὶ οὐ παρηνώχλησαν τῷ Δανιήλ.

19. Καὶ ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος ὤρθρισε πρωῒ, καὶ παρέλαβε μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς σατράπας, καὶ πορευθεὶς ἔστη ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ λάκκου τῶν λεόντων.

20. Τότε ὁ βασιλεὺς ἐκάλεσε τὸν Δανιὴλ φωνῇ μεγάλῃ μετὰ κλαυθμοῦ, λέγων· Ὦ Δανιήλ, εἰ ἄρα ζῇς, καὶ ὁ Θεός σου, ᾧ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, σέσωκέ σε ἀπὸ τῶν λεόντων, καὶ οὐκ ἠχρείωκάν σε ;

21. Τότε Δανιὴλ ἐπήκουσε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν·

22. Βασιλεῦ, ἔτι εἰμὶ ζῶν, καὶ σέσωκέ με ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν λεόντων, καθ' ὅτι δικαιοσύνη ἐν ἐμοὶ εὑρέθη ἐναντίον αὐτοῦ· καὶ ἐναντίον δέ σου, βασιλεῦ, οὔτε C ἄγνοια, οὔτε ἁμαρτία εὑρέθη ἐν ἐμοί· σὺ δὲ ἤκουσας ἀνθρώπων πλανώντων βασιλεῖς, καὶ ἔῤῥιψάς με εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων εἰς ἀπώλειαν.

23. Τότε συνήχθησαν πᾶσαι αἱ δυνάμεις, καὶ εἶδον τὸν Δανιήλ, ὡς οὐ παρηνώχλησαν αὐτῷ οἱ λέοντες.

24. Τότε οἱ δύο ἄνθρωποι ἐκεῖνοι οἱ καταμαρτυρήσαντες τοῦ Δανιήλ, αὐτοί, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ἐῤῥίφησαν τοῖς λέουσι, καὶ οἱ λέοντες ἀπέκτειναν αὐτοὺς, καὶ ἔθλασαν τὰ ὀστᾶ αὐτῶν.

25. Τότε Δαρεῖος ἔγραψε πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ γλώσσαις, καὶ χώραις, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ αὐτοῦ, λέγων·

26. Πάντες οἱ ἄνθρωποι, οἱ ὄντες ἐν τῇ βασιλείᾳ D μου, ἔστωσαν προσκυνοῦντες καὶ λατρεύοντες τῷ Θεῷ τοῦ Δανιήλ· αὐτὸς γάρ ἐστι Θεὸς μένων, καὶ ζῶν εἰς γενεὰς γενεῶν ἕως τοῦ αἰῶνος.

27. Ἐγὼ Δαρεῖος ἔσομαι αὐτῷ προσκυνῶν, καὶ δουλεύων πάσας τὰς ἡμέρας μου· τὰ γὰρ εἴδωλα τὰ χειροποίητα οὐ δύνανται σῶσαι, ὡς ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τοῦ Δανιήλ, τὸν Δανιήλ.

28. Καὶ ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ ÷, καὶ Δανιὴλ ÷ κατεστάθη ἐπὶ τῆς βασιλείας Δαρείου /. καὶ Κῦρος ὁ Πέρσης παρέλαβε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

1. Ἔτους πρώτου βασιλεύοντος Βαλτάσαρ χώρας Βαβυλωνίας, Δανιὴλ ὅραμα εἶδε παρὰ κεφαλὴν ἐπὶ

τῆς κοίτης αὐτοῦ. Τότε Δανιὴλ τὸ ὅραμα, ὃ εἶδεν, A ἔγραψεν εἰς κεφάλαια λόγων.

2. Ἐπὶ τῆς κοίτης μου ἐθεώρουν καθ' ὕπνους νυκτός· καὶ ἰδοὺ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ ἐνέπεσον εἰς τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην.

3. Καὶ τέσσαρα θηρία ἀνέβαινον ἐκ τῆς θαλάσσης, διαφέροντα ἓν παρὰ τὸ ἕν.

4. Τὸ πρῶτον ὡσεὶ λέαινα ἔχουσα πτερὰ ὡσεὶ ἀετοῦ. Ἐθεώρουν ἕως ὅτου ἐτίλη τὰ πτερὰ αὐτῆς, καὶ ἤρθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρωπίνων ἐστάθη, καὶ ἀνθρωπίνη καρδία ἐδόθη αὐτῇ.

5. Καὶ ἰδοὺ μετ' αὐτὴν ἄλλο θηρίον ὁμοίωσιν ἔχον ἄρκου, καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς πλευροῦ ἐστάθη, καὶ τρία πλευρὰ ἦν ἐν τῷ στόματι αὐτῆς ⋇ ἐν μέσῳ ὀδόντων αὐτῆς /. καὶ οὕτως εἶπεν· Ἀνάστα, κατάφαγε σάρκας πολλάς. B

6. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐθεώρουν θηρίον ἄλλο ὡσεὶ πάρδαλιν, καὶ πτερὰ τέσσαρα ἐπέτεινον ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ τέσσαρες κεφαλαὶ τῷ θηρίῳ.

7. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς θηρίον τέταρτον φοβερὸν, καὶ ὁ φόβος αὐτοῦ ὑπερφέρων ἰσχύϊ, ἔχον ὀδόντας σιδηροῦς μεγάλους, ἐσθίον καὶ κοπανίζον, κύκλῳ τοῖς ποσὶ καταπατοῦν, διαφόρως χρώμενον παρὰ πάντα τὰ πρὸ αὐτοῦ θηρία· εἶχε δὲ κέρατα δέκα, καὶ βουλαὶ πολλαὶ ἐν τοῖς κέρασιν αὐτοῦ.

8. Καὶ ἰδοὺ ἄλλο ἓν κέρας ἀνεφύη ἀναμέσον αὐτῶν μικρὸν ἐν τοῖς κέρασιν αὐτοῦ, καὶ τρία τῶν κεράτων τῶν πρώτων ἐξηράνθησαν δι' αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ὀφθαλμοὶ ὥσπερ ἀνθρώπινοι ἐν τῷ κέρατι τούτῳ, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα ÷ καὶ ἐποίει πόλεμον πρὸς τοὺς ÷ ἁγίους /. C

9. Ἐθεώρουν ἕως ὅτε θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα, καὶ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ὡσεὶ ἔριον λευκὸν καθαρὸν, ὁ θρόνος ὡσεὶ φλὸξ πυρὸς ⋇ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ καιόμενον.

10. ⋇ Ποταμὸς πυρὸς ἕλκων, καὶ ἐξεπορεύετο κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ποταμὸς πυρός· χίλιαι χιλιάδες ἐθεράπευον αὐτὸν, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν.

11. Ἐθεώρουν τότε τὴν φωνὴν τῶν λόγων τῶν μεγάλων, ὧν τὸ κέρας ἐλάλει· θεωρῶν ἤμην, καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ, D καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός.

12. Καὶ τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ ἀπέστησε τῆς ἐξουσίας αὐτῶν, καὶ χρόνος ζωῆς ἐδόθη αὐτοῖς ἕως χρόνου καὶ καιροῦ.

13. Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἤρχετο, καὶ ὡς Παλαιὸς ἡμερῶν παρῆν, καὶ οἱ παρεστηκότες παρῆσαν — αὐτῷ.

14. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ⋇ καὶ ⋇ τιμὴ βασιλικὴ /. καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῷ λατρεύουσα, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ μὴ ἀρθῇ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, ἥτις οὐ μὴ φθαρῇ.

15. Καὶ ἀκηδιάσας ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τούτοις ἐν τῷ

cubili suo. Tunc Daniel visionem, quam vidit, scripsit in capitibus sermonum.

2. In cubili meo videbam per somnos noctis: et ecce quatuor venti cœli irruerunt in mare magnum.

3. Et quatuor bestiæ ascendebant de mari, differentes una ab alia.

4. Prima quasi leæna habens alas sicut aquilæ. Aspiciebam donec evulsæ sunt alæ ejus, et sublata est de terra, et super pedes humanos stetit, et humanum cor datum est ei.

5. Et ecce post eam alia bestia similitudinem habens ursi, et in latere uno stetit: et tria latera erant in ore ejus in medio dentium ejus, et sic dixit: Surge, manduca carnes multas.

6. Et post hæc aspiciebam bestiam aliam sicut pardum, et alæ quatuor extendebantur super eam, et quatuor capita bestiæ.

7. Post autem hæc aspiciebam in visione noctis bestiam quartam terribilem, et terror ejus excedebat fortitudine: quæ habebat dentes ferreos magnos, manducans, et comminuens, in circuitu pedibus conculcans, diverse operans ab omnibus, quæ fuerunt ante eam, bestiis; habebat autem cornua decem, et consilia multa in cornibus ejus.

8. Et ecce aliud unum cornu renatum est in medio eorum parvum in cornibus ejus: et tria de cornibus primis exaruerunt propter illud: et ecce oculi, sicut oculi humani in cornu isto, et os loquens magna, et faciebat bellum adversus sanctos.

9. Videbam, quoadusque throni positi sunt, et Vetustus dierum sedebat, habens amictum sicut nivem, et capillitium capitis sui sicut lanam candidam mundam; thronus sicut flamma ignis, rotæ ejus ignis ardens.

10. Flumen ignis trahens, et egrediebatur ante faciem ejus fluvius ignis; mille millia serviebant ei, et dena millia denum millium assistebant ei, et judicium sedit, et libri aperti sunt.

11. Contemplabar tunc vocem sermonum magnorum, quos cornu loquebatur: aspiciens eram, et fustibus cæsa est bestia, et periit corpus ejus, et datum est in combustionem ignis.

12. Et ab iis, qui in circuitu ejus erant, abstulit potestatem eorum, et tempus vitæ datum est eis usque ad tempus et opportunitatem.

13. Videbam in visione noctis, et ecce super nubes cœli sicut filius hominis veniebat, et sicut Vetustus dierum aderat, et adstantes aderant ei.

14. Et data est ei potestas et honor regius, et omnes gentes terræ secundum genera, et omnis gloria serviens ei: et potestas ejus, potestas perpetua, quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non destruetur.

15. Et cum mœrore gravi affectus essem ego Da-

niel super his in visione noctis conturbabant me A
cogitationes meæ.

16. Accessi ad unum stantium, et veritatem quærebam ab eo super omnibus his. Respondens autem dicit mihi, et interpretationem sermonum declaravit mihi.

17. Hæ bestiæ magnæ sunt quatuor regna, quæ peribunt de terra.

18. Et accipient regnum sancti Altissimi, et obtinebunt regnum usque in sæculum sæculorum.

19. Eodem tempore volui quærere diligenter de bestia quarta destruente omnia, et horribili valde: et ecce dentes ejus ferrei, et ungues ejus æerei, quæ devorabat omnes in circuitu, et conculcabat pedibus. B

20. Et de decem cornibus ejus, quæ erant super caput, et de uno alio, quod adnatum fuerat, et deciderant propter illud tria, et cornu illud habebat oculos, et os loquens magna, et aspectus ejus superabat alia.

21. Et considerabam cornu illud, quod bellum faciebat adversus sanctos, et fugabat eos.

22. Quoadusque venit Vetustus dierum, et judicium dedit sanctis Altissimi, et tempus datum est, et regnum obtinuerunt sancti.

23. Et dictum est mihi de quarta bestia, quia regnum quartum erit super terram, quod eminebit supra omnem terram, et devorabit omnem terram, et subvertet eam, et concidet eam. C

24. Et decem cornua regni, decem reges stabunt: et alius rex post eos stabit, et ipse malis superabit primos, et tres reges humiliabit.

25. Et verba contra Altissimum loquetur, et sanctos Altissimi conteret: et assumet mutare tempora, et legem, et tradentur omnia in manibus ejus usque ad tempus, et tempora, et usque ad dimidium temporis.

26. Et judicium sedebit, et potestatem destruent, et deliberabunt contaminare, et perdere usque in finem.

27. Et regnum, et potestatem, et magnificentiam eorum, et principatum omnium sub cœlo regnorum, dedit populo sancto excelso ad regnandum D regno sempiterno, et omnes potestates ei subjicientur, et obedient ei usque ad finem sermonis.

28. Ego Daniel multo stupore correptus sum, et forma mea immutata est super me, et verbum in corde meo firmiter statui.

CAPUT VIII.

1. Anno tertio regnante Baltasar, visio, quam vidi ego Daniel, postquam vidissem primam.

2. Et vidi in visione somnii mei, cum ego essem in Susis civitate, quæ est in Elymaide regione, et vidi in visione, cum adhuc essem juxta portam Aelam.

ὁράματι τῆς νυκτὸς ※ ἐτάρασσόν με οἱ διαλογισμοί μου.

16. Προσῆλθον πρὸς ἕνα τῶν ἑστώτων, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ ὑπὲρ πάντων τούτων ἀποκριθεὶς δὲ λέγει μοι, καὶ τὴν κρίσιν τῶν λόγων ἐδήλωσέ μοι.

17. Ταῦτα τὰ θηρία τὰ μεγάλα εἰσὶ τέσσαρες βασιλεῖαι, αἳ ἀπολοῦνται ἀπὸ τῆς γῆς.

18. Καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἅγιοι Ὑψίστου, καὶ καθέξουσι τὴν βασιλείαν ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων.

19. Τότε ἤθελον ἐξακριβώσασθαι περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου, τοῦ διαφθείροντος πάντα, καὶ ὑπερφόβου· καὶ ἰδοὺ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ, κατεσθίοντος πάντας κυκλόθεν, καὶ καταπατοῦντος τοῖς ποσί.

20. Καὶ περὶ τῶν δέκα κεράτων αὐτοῦ τῶν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ ἑνὸς τοῦ ἄλλου τοῦ προσφυέντος, καὶ ἐξέπεσαν δι' αὐτοῦ τρία, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο εἶχεν ὀφθαλμούς, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα· καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ὑπερέφερε τὰ ἄλλα.

21. Καὶ κατενόουν τὸ κέρας ἐκεῖνο πόλεμον συνιστάμενον πρὸς τοὺς ἁγίους, καὶ τροπούμενον αὐτούς.

22. Ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν Παλαιὸν ἡμερῶν, καὶ τὴν κρίσιν ἔδωκε τοῖς ἁγίοις τοῦ Ὑψίστου· καὶ ὁ καιρὸς ἐδόθη, καὶ τὸ βασίλειον κατέσχον οἱ ἅγιοι.

23. Καὶ ἐῤῥέθη μοι περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου, ὅτι βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, ἥτις διοίσει παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν ※, καὶ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν /. καὶ ἀναστατώσει αὐτήν, καὶ καταλεανεῖ αὐτήν.

24. Καὶ τὰ δέκα κέρατα τῆς βασιλείας, δέκα βασιλεῖς στήσονται· καὶ ὁ ἄλλος βασιλεὺς μετὰ τούτους στήσεται, καὶ αὐτὸς διοίσει κακοῖς ὑπὲρ τοὺς πρώτους, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει.

25. Καὶ ῥήματα εἰς τὸν Ὕψιστον λαλήσει, καὶ τοὺς ἁγίους τοῦ Ὑψίστου κατατρίψει, καὶ προσδέξεται ἀλλοιῶσαι καιροὺς καὶ νόμον, καὶ παραδοθήσεται πάντα εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν, καὶ ἕως ἡμίσους καιροῦ.

26. Καὶ ἡ κρίσις καθίσεται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀπολοῦσι, καὶ βουλεύσονται μιᾶναι καὶ ἀπολέσαι ἕως τέλους.

27. Καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν, καὶ τὴν ἀρχὴν πασῶν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν, ἔδωκε λαῷ ἁγίῳ ὑψίστῳ βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον, καὶ πᾶσαι ἐξουσίαι αὐτῷ ὑποταγήσονται, καὶ πειθαρχήσουσιν αὐτῷ ἕως καταστροφῆς τοῦ λόγου.

28. Ἐγὼ Δανιὴλ σφόδρα ἐκστάσει περιειχόμην, καὶ ἡ ἕξις μου διήνεγκεν ἐμοί, καὶ τὸ ῥῆμα ἐν καρδίᾳ μου ἐστήριξα. /

ΚΕΦΑΛ. Η'

1. Ἔτους τρίτου βασιλεύοντος Βαλτάσαρ, ὅρασις, ἣν εἶδον ἐγὼ Δανιήλ, μετὰ τὸ ἰδεῖν με τὴν πρώτην.

2. Καὶ εἶδον ἐν τῷ ὁράματι τοῦ ἐνυπνίου μου, ἐμοῦ ὄντος ἐν Σούσοις τῇ πόλει, ἥτις ἐστὶν ἐν Ἐλυμαΐδι χώρᾳ ※ καὶ εἶδον ἐν ὁράματι /. ἔτι ὄντος μου πρὸς τῇ πύλῃ Αἰλάμ.

3. Ἀναβλέψας εἶδον κριὸν ἕνα μέγαν ἑστῶτα ἀπ- A ἐναντι τῆς πύλης· καὶ εἶχε κέρατα, ※ καὶ τὰ κέρατα ※ ὑψηλὰ, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου, καὶ τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινε.

4. Μετὰ δὲ ταῦτα εἶδον τὸν κριὸν κερατίζοντα πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς βοῤῥᾶν, καὶ πρὸς δυσμὰς, καὶ μεσημβρίαν· καὶ πάντα τὰ θηρία οὐχ ἔστησαν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ῥυόμενος ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐποίει ὡς ἤθελε, καὶ ὑψώθη.

5. Καὶ ἐγὼ διενοούμην, καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς· καὶ ἦν τοῦ τράγου κέρας ἓν ※ θεωρητὸν /. ἀναμέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν /.

6. Καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν κριὸν τὸν τὰ κέρατα ἔχοντα, ὃν εἶδον ἑστῶτα πρὸς τῇ πύλῃ, καὶ ἔδραμε πρὸς αὐ- B τὸν ἐν θυμῷ ὀργῆς.

7. Καὶ εἶδον αὐτὸν προσάγοντα πρὸς τὸν κριὸν, καὶ ἐθυμώθη ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπάταξε ※ τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψε τὰ δύο κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔτι ἦν ἰσχὺς ἐν τῷ κριῷ στῆναι κατέναντι τοῦ τράγου, καὶ ἐσπάραξεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνέτριψεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ῥυόμενος τὸν κριὸν ἀπὸ τοῦ τράγου.

8. Καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν κατίσχυσε σφόδρα, καὶ ὅτε κατίσχυσε, συνετρίβη αὐτοῦ τὸ κέρας τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη ἕτερα τέσσαρα κέρατα κατόπισθεν αὐτοῦ εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ.

9. Καὶ ἐξ ἑνὸς αὐτῶν ἀνεφύη κέρας ἰσχυρὸν ἓν, καὶ κατίσχυσε, καὶ ἐπάταξεν ἐπὶ μεσημβρίαν, ἐπὶ νότον, καὶ ἐπ' ἀνατολὰς, καὶ ἐπὶ βοῤῥᾶν.

10. Καὶ ὑψώθη ἕως τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ· C καὶ ἐῤῥάχθη ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τῶν ἀστέρων, καὶ ἀπὸ αὐτῶν κατεπατήθη.

11. Ἕως ὁ ἀρχιστράτηγος ῥύσεται τὴν αἰχμαλωσίαν· καὶ δι' αὐτὸν τὰ ὄρη τὰ ἀπ' αἰῶνος ἐῤῥάχθη· καὶ ἐξήρθη ὁ τόπος αὐτῶν, καὶ θυσία· καὶ ἔθηκεν αὐτὴν ἕως χαμαὶ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εὐωδώθησαν, καὶ ἐγενήθη· καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται.

12. Καὶ ἐγενήθησαν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ αἱ ἁμαρτίαι, καὶ ἐῤῥίφη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη· καὶ ἐποίησε, καὶ εὐωδώθη.

13. Καὶ ἤκουον ἑτέρου ἁγίου λαλοῦντος· καὶ εἶπεν ὁ ἕτερος ἅγιος /. τῷ Φελμουνὶ τῷ λαλοῦντι· Ἕως τίνος τὸ ὅραμα στήσεται, καὶ ἡ θυσία ἡ ἀρθεῖσα, καὶ ἡ D ἁμαρτία ἐρημώσεως ἡ δοθεῖσα, καὶ τὰ ἅγια ἐρημωθήσεται εἰς καταπάτημα;

14. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἕως ἑσπέρας, καὶ πρωῒ, ἡμέραι δισχίλιαι τριακόσιαι, καὶ καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον.

15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ θεωρεῖν με ἐγὼ Δανιὴλ τὸ ὅραμα, ἐζήτουν διανοηθῆναι, καὶ ἰδοὺ ἔστη κατεναντίον μου, ὡς ὅρασις ἀνθρώπου.

16. Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀνθρώπου ἀναμέσον τοῦ Οὐλαΐ· καὶ ἐκάλεσε, καὶ εἶπεν· Γαβριὴλ, συνέτισον ἐκεῖνον τὴν ὅρασιν ÷ καὶ ἀναβοήσας εἶπεν ὁ ἄνθρωπος ÷ ἐπὶ τὸ πρόσταγμα ἐκεῖνο ἡ ὅρασις /.

17. Καὶ ἦλθε, καὶ ἔστη ἐχόμενός μου τῆς στάσεως, καὶ ἐν τῷ ἔρχεσθαι αὐτὸν ἐθορυβήθην, καὶ ἔπεσα ἐπὶ

3. Suspiciens vidi arietem unum magnum stantem e regione portæ, et habebat cornua, et cornua excelsa, et unum excelsius altero, et excelsius ascendebat.

4. Post autem hæc vidi arietem cornibus ventilantem ad orientem, et ad aquilonem, et ad occidentem, et ad meridiem : et cunctæ bestiæ non steterunt post eum, et non erat qui liberaret de manibus ejus, et faciebat, sicut volebat, et exaltatus est.

5. Et ego animadvertebam : et ecce hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem terræ; et erat hirci cornu unum spectabile in medio oculorum suorum.

6. Et venit ad arietem, qui cornua habebat, quem videram stantem juxta portam, et cucurrit contra eum in furore iræ.

7. Et vidi eum accedentem ad arietem, et indignatus est contra eum, et percussit arietem, et contrivit duo cornua ejus, et non amplius erat fortitudo in ariete standi coram hirco : et dilaniavit eum super terram, et contrivit eum, et non erat qui liberaret arietem ab hirco.

8. Et hircus caprarum prævaluit valde, et postquam roboratus fuit, contritum est ejus cornu magnum, et ascenderunt alia cornua quatuor post illud in quatuor ventos cœli.

9. Et de uno illorum renatum est cornu forte unum, et prævaluit, et percussit ad meridiem, ad austrum, ad orientem, et ad aquilonem.

10. Et elevatum est usque ad stellas cœli, et detraxit super terram e stellis, atque de eis conculcavit.

11. Donec princeps militiæ liberabit captivitatem, et per ipsum montes, qui a sæculo sunt, effracti sunt : et ablatus est locus eorum, et sacrificium : et posuit illud usque ad humum super terram, et prospere evenerunt, et facta sunt, et sanctuarium desolabitur.

12. Et fuerunt in sacrificio peccata, et projecta est in terra justitia, et fecit, et prospere cessit.

13. Et audivi alium sanctum loquentem : et dixit alius sanctus Phelmuni loquenti : Usquequo visio stabit, et sacrificium, quod ablatum est, et peccatum desolationis, quod datum est, et sancta desolabuntur in conculcationem?

14. Et dixit ei : Usque ad vesperam, et mane, dies duo millia tercenti, et mundabitur sanctum.

15. Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem, quærebam intelligere : et ecce stetit coram me veluti aspectus hominis.

16. Et audivi vocem viri inter Ulai : et vocavit, et dixit : Gabriel, fac illum intelligere visionem, et exclamans ait homo, ad mandatum illud visio.

17. Et venit, et stetit prope stationem meam. Et cum ille venisset, perturbatus sum, et corrui in

faciem meam, et dixit mihi: Animadverte, fili hominis, adhuc enim ad horam temporis ista visio.

18. Cumque loqueretur ipse mecum, cubavi super faciem humi; et cum tetigisset me, erexit me super locum, et dixit mihi:

19. Ecce ego annuntio tibi, quæ erunt in novissimo iræ filiis populi tui: adhuc enim ad horas temporis consummationis manebunt.

20. Aries, quem vidisti habentem cornua, rex Medorum et Persarum est.

21. Et hircus caprarum, rex Græcorum est, et cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus.

22. Quod autem confracto illo, etiam ascenderunt post illud quatuor cornua, quatuor reges de gente ejus consurgent, non juxta fortitudinem suam.

23. Et in novissimo regni eorum, completis peccatis ipsorum exsurget rex impudens facie, excogitans ænigmata.

24. Et roborabitur fortitudo ejus, sed non in virtute sua: et mirabiliter destruet, et prosperabitur, et faciet, et exterminabit principes et populum sanctorum.

25. Et super sanctos cogitatio ejus: et prosperabitur mendacium in manibus ejus, et cor ejus elevabitur, et dolo disperdet multos; et in perditione virorum stabit, et congregabit exercitum, et retribuet.

26. Visio, quæ est vespere, et mane, inventa est in veritate: sed nunc occlusa est visio, adhuc enim ad dies multos.

27. Ego Daniel ægrotavi diebus multis: cumque surrexissem, administrabam rursus regia negotia, et deficiebam super visione, et nemo erat qui intelligeret.

CAPUT IX.

1. Anno primo sub Dario Xerxis filio de genere Medorum, qui regnarunt in imperio Chaldæorum.

2. Anno primo regni ejus ego Daniel excogitavi in libris numerum annorum, quando factum est decretum terræ ad Jeremiam prophetam, ut suscitarentur ad completionem opprobrii Jerusalem septuaginta anni.

3. Et dedi faciem meam ad Dominum Deum, ut invenirem deprecationem, et misericordiam in jejuniis, et sacco, et cinere.

4. Et precatus sum ad Dominum Deum, confessus sum, et dixi: Ecce, Domine, tu es Deus magnus, et fortis, et terribilis, servans testamentum, et misericordiam diligentibus te, et custodientibus mandata tua.

5. Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, et recessimus, et transgressi sumus mandata tua et judicia tua.

6. Et non audivimus pueros tuos prophetas, qui locuti sunt in nomine tuo ad reges nostros, et ma-

A πρόσωπόν μου, καὶ εἶπέν μοι· Διανοήθητι, υἱὲ ἀνθρώπου· ἔτι γὰρ εἰς ὥραν καιροῦ τοῦτο τὸ ὅραμα.

18. Καὶ λαλοῦντος αὐτοῦ μετ' ἐμοῦ, ἐκοιμήθην ἐπὶ πρόσωπον χαμαὶ, καὶ ἁψάμενός μου ἤγειρέ με ἐπὶ τοῦ τόπου, καὶ εἶπέ μοι·

19. Ἰδοὺ ἐγὼ ἀπαγγέλλω σοι ἃ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου τῆς ὀργῆς τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ σου· ἔτι γὰρ εἰς ὥρας καιροῦ συντελείας μενεῖ.

20. Τὸν κριὸν, ὃν εἶδες, τὸν ἔχοντα τὰ κέρατα, βασιλεὺς Μήδων καὶ Περσῶν ἐστι.

21. Καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν, βασιλεὺς τῶν Ἑλλήνων ἐστί· καὶ τὸ κέρας τὸ μέγα τὸ ἀνάμεσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ὁ πρῶτος.

22. Καὶ τοῦ συντριβέντος, καὶ ἀναβάντα ὀπίσω αὐτοῦ τέσσαρα κέρατα· τέσσαρες βασιλεῖς τοῦ ἔθνους
B αὐτοῦ ἀναστήσονται, οὐ κατὰ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν.

23. Καὶ ἐπ' ἐσχάτου τῆς βασιλείας αὐτῶν, πληρουμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ἀναστήσεται βασιλεὺς, ἀναιδὴς προσώπῳ, διανοούμενος αἰνίγματα.

24. Καὶ στερεωθήσεται ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ θαυμαστῶς φθερεῖ, καὶ εὐοδωθήσεται, καὶ ποιήσει, καὶ φθερεῖ δυνάστας καὶ δῆμον ἁγίων.

25. Καὶ ἐπὶ τοὺς ἁγίους τὸ διανόημα αὐτοῦ, καὶ εὐοδωθήσεται τὸ ψεῦδος ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ὑψωθήσεται, καὶ δόλῳ ἀφανιεῖ πολλοὺς, καὶ ἐπὶ ἀπωλείας ἀνδρῶν στήσεται· καὶ ποιήσει συναγωγὴν χειρὸς, καὶ ἀποδώσεται ∸

C 26. Τὸ ὅραμα τὸ ἑσπέρας καὶ πρωῒ, ηὑρέθη ἐπ' ἀληθείας, καὶ νῦν πεφραγμένον τὸ ὅραμα· ἔτι γὰρ εἰς ἡμέρας πολλάς.

27. Ἐγὼ Δανιὴλ ἀσθενήσας ἡμέρας πολλὰς, καὶ ἀναστὰς ἐπραγματευόμην πάλιν βασιλικὰ, καὶ ἐξελυόμην ἐπὶ τῷ ὁράματι, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ διανοούμενος.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

1. Ἔτους πρώτου ἐπὶ Δαρείου τοῦ Ξέρξου ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς Μηδικῆς, οἳ ἐβασίλευσαν ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῶν Χαλδαίων.

2. Τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ διενοήθην ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὅτε ἐγένετο πρόσταγμα τῇ γῇ ἐπὶ Ἱερεμίαν τὸν προ-
D φήτην, ἐγεῖραι εἰς ἀναπλήρωσιν ὀνειδισμοῦ Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη.

3. Καὶ ἔδωκα τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν, εὑρεῖν προσευχὴν, καὶ ἔλεος ἐν νηστείαις, καὶ σάκκῳ, καὶ σποδῷ.

4. Καὶ προσηυξάμην πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν, ἐξωμολογησάμην, καὶ εἶπα· Ἰδοὺ, Κύριε, σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ μέγας, καὶ ὁ ἰσχυρὸς, καὶ ὁ φοβερὸς, τηρῶν τὴν διαθήκην, καὶ τὸ ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά σου.

5. Ἡμάρτομεν, ἠδικήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, καὶ ἀπέστημεν, καὶ παρέβημεν τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ κρίματά σου.

6. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν, οἳ ἐλάλησαν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐπὶ τοὺς

βασιλεῖς ἡμῶν, καὶ δυνάστας ἡμῶν, καὶ πατέρας A ἡμῶν, καὶ παντὶ ἔθνει ἐπὶ τῆς γῆς.

7. Σοὶ, Κύριε, ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡμῖν ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην ἀνθρώποις Ἰούδα, καὶ καθημένοις ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ, τῷ ἔγγιστα, καὶ τῷ ἀπωτέρω, ἐν πάσαις ταῖς χώραις, εἰς ἃς διεσκόρπισας αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐν τῇ πλημμελείᾳ, ᾗ ἐπλημμέλησαν ἐναντίον σου.

8. Δέσποτα, ἡμῖν ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ δυνάσταις, καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ὅτι ἡμάρτομέν σοι.

9. Τῷ Κυρίῳ ἡ δικαιοσύνη καὶ τὸ ἔλεος, ὅτι ἀπέστημεν ἀπὸ σοῦ.

10. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατακολουθῆσαι τῷ νόμῳ σου, ᾧ ἔδωκας B ἐνώπιον Μωσῆ καὶ ἡμῶν, διὰ τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν.

11. Καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἐγκατέλιπε τὸν νόμον σου, καὶ ἀπέστησαν, τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς σου· καὶ ἐπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ κατάρα, καὶ ὁ ὅρκος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆ παιδὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἡμάρτομεν αὐτῷ.

12. Καὶ ἔστησεν ἡμῖν τὰ προστάγματα αὐτοῦ, ὅσα ἐλάλησεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τοὺς κριτὰς ἡμῶν, ὅσα ἔκρινας ἡμῖν ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς κακὰ μεγάλα, οἷα οὐκ ἐγενήθη ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, καθ' ὅτι ἐγενήθη ἐν Ἱερουσαλήμ.

13. Κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν διαθήκῃ Μωσῆ, πάντα τὰ κακὰ ἐπῆλθεν ἡμῖν· καὶ οὐκ ἐξεζητήσαμεν τὸ C πρόσωπον Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν, ἀποστῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ διανοηθῆναι τὴν δικαιοσύνην σου, Κύριε.

14. Καὶ ἠγρύπνησε Κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ κακὰ, καὶ ἐπήγαγεν ἐφ' ἡμᾶς, ὅτι δίκαιος Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πάντα ὅσα ἂν ποιήσῃ, καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

15. Καὶ νῦν, Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐξαγαγὼν τὸν λαόν σου ἐξ Αἰγύπτου τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ὄνομα κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην· ἡμάρτομεν, ἠγνοήκαμεν.

16. Δέσποτα, κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, ἀποστραφήτω ὁ θυμός σου, καὶ ἡ ὀργή σου ἀπὸ τῆς πόλεώς σου Ἱερουσαλὴμ, ὄρους τοῦ ἁγίου σου, ὅτι ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐν ταῖς ἀγνοίαις τῶν πατέρων D ἡμῶν, Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁ δῆμός σου, Κύριε, εἰς ὀνειδισμὸν ἐν πᾶσι τοῖς περικύκλῳ ἡμῶν.

17. Καὶ νῦν ἐπάκουσον, Δέσποτα, τῆς προσευχῆς τοῦ παιδός σου καὶ ἐπὶ τὰς δεήσεις μου, καὶ ἐπιβλεψάτω τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν σου, τὸ ἔρημον ἕνεκεν τῶν δούλων σου, Δέσποτα.

18. Πρόσχες, Κύριε, τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσόν μου· ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε τὴν ἐρήμωσιν ἡμῶν, καὶ τῆς πόλεώς σου, ἐφ' ἧς ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου ἐπ' αὐτῆς· οὐ γὰρ ἐπὶ ταῖς δικαιοσύναις ἡμῶν, ἡμεῖς δεόμεθα ἐν ταῖς προσευχαῖς ἡμῶν ἐνώπιόν σου, ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν ἔλεος, Κύριε, σὺ ἱλάτευσον.

19. Κύριε, ἐπάκουσον καὶ ποίησον, καὶ μὴ χρονί-

gistratus nostros, et patres nostros, et omni genti super terram.

7. Tibi, Domine, justitia, nobis autem confusio faciei secundum diem hanc hominibus Juda, et sedentibus in Jerusalem, et omni populo Israel, qui prope est, et ei, qui procul in universis regionibus, ad quas dispersisti eos illuc propter iniquitatem, quia improbe se gesserunt in conspectu tuo.

8. Domine, nobis confusio faciei, et regibus nostris, et principibus, et patribus nostris, quia peccavimus tibi.

9. Domino justitia et misericordia, quoniam recessimus a te.

10. Et non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut sequeremur legem tuam, quam dedisti coram Mose et nobis, per pueros tuos prophetas.

11. Et omnis Israel dereliquit legem tuam: et recesserunt, ne audirent vocem tuam, et supervenit super nos maledictio, et jusjurandum, quod scriptum est in lege Mosis pueri Dei, quia peccavimus ei.

12. Et statuit nobis præcepta sua quæcumque locutus est super nos, et super judices nostros, quæcumque judicasti nobis superinducere in nos mala magna, qualia non facta sunt sub cœlo, sicut facta sunt in Jerusalem.

13. Juxta ea, quæ scripta sunt in testamento Mosis, omnia mala venerunt super nos; et non exquisivimus faciem Domini Dei nostri, ut recederemus a peccatis nostris, et cogitaremus justitiam tuam, Domine.

14. Et vigilavit Dominus Deus super mala, et adduxit super nos, quoniam justus Dominus Deus noster in omnibus quæ fecerit, et non audivimus vocem ejus.

15. Et nunc, Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de Ægypto, brachio tuo excelso, et fecisti tibi nomen secundum diem hanc; peccavimus, ignoravimus.

16. Domine, secundum justitiam tuam avertatur furor tuus, et ira tua a civitate tua Jerusalem, monte sancto tuo. Quia in peccatis nostris, et in ignorantiis patrum nostrorum, Jerusalem, et populus tuus, Domine, est in opprobrium omnibus, qui in circuitu nostro sunt.

17. Et nunc exaudi, Domine, orationem pueri tui, et super preces meas: et respiciat facies tua super montem sanctum tuum, qui desertus est propter servos tuos, Domine.

18. Intende aurem tuam, Domine, et exaudi me: aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et civitatis tuæ, super quam invocatum est nomen tuum super eam; non enim in justitiis nostris nos oramus in precibus nostris in conspectu tuo, sed propter misericordiam tuam, Domine, tu propitius esto.

19. Domine, exaudi, et fac, et ne tardaveris

propter temetipsum, Domine, quoniam nomen A
tuum invocatum est super civitatem tuam Sion, et
super populum tuum Israel.

20. Et dum ego loquebar orans, et confitens peccata mea, et peccata populi mei Israel, et orans in deprecationibus coram Domino Deo meo etiam pro monte sancto Dei nostri.

21. Et adhuc me loquente in oratione mea, et ecce vir, quem vidi in somno meo ab initio Gabriel, cito veniens appropinquavit mihi in hora sacrificii vespertini.

22. Et accessit, et loquutus est mecum, et dixit: Daniel, nunc exivi ostendere tibi sensum.

23. In principio obsecrationis tuæ exivit decre-
tum a Domino, et ego veni, ut demonstrem tibi, B
quia misericordiam consecutus es; et animadverte mandatum.

24. Septuaginta hebdomades decretæ sunt super populum tuum, et super civitatem Sion, ut consummetur peccatum, et deficiant iniquitates, et deleantur injustitiæ, et intelligatur visio, et detur justitia sempiterna, et consummentur visiones et propheta, et lætetur Sanctus sanctorum.

25. Et scies, et intelliges, et lætaberis, et invenies præcepta, ut respondeatur: et ædificabis Jerusalem civitatem Domino.

26. Et post septem et septuaginta, et sexaginta duos deficiet unctio, et non erit: et regnum gen-
tium destruet civitatem, et sanctuarium cum uncto: C
et veniet consummatio ejus cum furore, et usque ad tempus consummationis a bello oppugnabitur.

27. Et prævalebit testamentum in multis, et rursus revertetur, et reædificabitur in latitudine, et longitudine, et juxta consummationem temporum: et post septem et septuaginta tempora, et sexaginta duo annorum, usque ad tempus consummationis belli, et auferetur desolatio in prævalendo testamento ad multas hebdomadas, et in fine hebdomadæ auferetur sacrificium, et libamen, et in templo abominatio desolationum erit usque ad consummationem: et consummatio dabitur super desolationem.

CAPUT X.

1. In anno primo Cyri regis Persarum manda- D
tum demonstratum est Danieli, cui impositum fuerat nomen Baltasar, et vera visio, et mandatum; et multitudo fortis intelliget mandatum, et intellexi illud in visione.

2. In diebus illis ego Daniel eram lugens tres hebdomadas.

3. Panem desideriorum non comedi, et caro, et vinum non introierunt in os meum: oleo non unctus sum, donec consummarem ego tres hebdomadas dierum.

4. Et factum est die quarta et vigesima mensis primi, et ego eram super labium fluvii magni, qui est Tigris.

5. Et levavi oculos meos, et vidi, et ecce homo

σης ἕνεκα σεαυτοῦ, Δέσποτα, ὅτι τὸ ὄνομά σου ἐπεκλήθη ἐπὶ τὴν πόλιν σου Σιὼν, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου Ἰσραήλ.

20. Καὶ ἕως ἐγὼ ἐλάλουν προσευχόμενος, καὶ ἐξομολογούμενος τὰς ἁμαρτίας μου, καὶ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ μου Ἰσραὴλ, καὶ δεόμενος ἐν ταῖς προσευχαῖς ἐναντίον Κυρίου Θεοῦ μου, καὶ ὑπὲρ τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

21. Καὶ ἔτι λαλοῦντός μου ἐν τῇ προσευχῇ μου, καὶ ἰδοὺ ὁ ἀνὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῷ ὕπνῳ μου τὴν ἀρχὴν Γαβριὴλ, τάχει φερόμενος προσήγγισέ μοι ἐν ὥρᾳ θυσίας ἑσπερινῆς.

22. Καὶ προσῆλθε, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, καὶ εἶπεν· Δανιὴλ, ἄρτι ἐξῆλθον ὑποδεῖξαί σοι διάνοιαν.

23. Ἐν ἀρχῇ τῆς δεήσεώς σου ἐξῆλθε πρόσταγμα παρὰ Κυρίου, καὶ ἐγὼ ἦλθον ὑποδεῖξαί σοι, ὅτι ἐλεηνὸς εἶ, καὶ διανοήθητι τὸ πρόσταγμα.

24. Ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες ἐκρίθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν Σιὼν συντελεσθῆναι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὰς ἀδικίας σπανίσαι, καὶ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀδικίας, καὶ διανοηθῆναι τὸ ὅραμα, καὶ δοθῆναι δικαιοσύνην αἰώνιον, καὶ συντελεσθῆναι τὰ ὁράματα ※ καὶ ※ προφήτην, καὶ εὐφράναι Ἅγιον ἁγίων.

25. Καὶ γνώσῃ, καὶ διανοηθήσῃ, καὶ εὐφρανθήσῃ, καὶ εὑρήσεις προστάγματα ἀποκριθῆναι, καὶ οἰκοδομήσεις Ἰερουσαλὴμ πόλιν Κυρίῳ.

26. Καὶ μετὰ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ ἑξήκοντα δύο ἀποσταθήσεται χρίσμα, καὶ οὐκ ἔσται, καὶ βασιλεία ἐθνῶν φθερεῖ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον μετὰ τοῦ χριστοῦ· καὶ ἥξει ἡ συντέλεια αὐτοῦ μετ' ὀργῆς, καὶ ἕως καιροῦ συντελείας, ἀπὸ πολέμου πολεμηθήσεται.

27. Καὶ δυναστεύσει ἡ διαθήκη εἰς πολλοὺς, καὶ πάλιν ἐπιστρέψει, καὶ ἀνοικοδομηθήσεται εἰς πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ κατὰ συντέλειαν καιρῶν· καὶ μετὰ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καιροὺς, καὶ ξβ' ἐτῶν, ἕως καιροῦ συντελείας πολέμου, καὶ ἀφαιρεθήσεται ἡ ἐρήμωσις ἐν τῷ κατισχῦσαι τὴν διαθήκην ἐπὶ πολλὰς ἑβδομάδας, καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται ἡ θυσία, καὶ ἡ σπονδὴ, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἔσται ἕως συντελείας, καὶ συντέλεια δοθήσεται ÷ ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

15. Hoc somnium vidi ego rex Nabuchodonosor, et tu, Baltasar, interpretationem dicito coram: quia omnes sapientes regni mei non possunt interpretationem ejus declarare mihi; tu autem potes, quia Spiritus Dei sanctus est in te.

16. Tunc Daniel, cujus nomen Baltasar, obmutuit quasi hora una, et cogitationes ejus conturbabant eum. Respondit rex, et dixit: Baltasar, somnium, et interpretatio ne sollicitum te reddat; respondit Baltasar, et dixit: Domine mi, somnium sit his, qui te oderunt, et interpretatio ejus hostibus tuis.

17. Arbor quam vidisti magnificatam, et corroboratam, cujus altitudo pervenit ad cœlum, et latitudo ejus in universam terram.

18. Et folia ejus florentia, et fructus ejus multus, et esca omnibus in ea: subter eam habitabant bestiæ agri, et in ramis ejus commorabantur aves cœli.

19. Tu es, o rex, quia magnificatus es, et invaluisti, et magnitudo tua magnificata est, et pervenit ad cœlum, et potentia tua ad terminos terræ.

20. Quod autem vidit rex Hir, et sanctum descendentem de cœlo, et dixit: Evellite arborem, et destruite eam, attamen germen radicum ejus in terra dimittite, et in vinculo ferreo, et æreo, et in herba quæ foris, et in rore cœli commorabitur, et cum bestiis agrestibus pars ejus, donec septem tempora mutentur super eum.

21. Hæc interpretatio ejus, o rex, et sententia Altissimi est, quæ pervenit super dominum meum regem, et te ejicient ab hominibus, et cum bestiis agrestibus erit habitatio tua.

22. Et fœno ut bovem pascent te, et de rore cœli corpus tuum aspergetur, et septem tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominatur Excelsus super regnum hominum, et cuicumque voluerit, dabit illud.

23. Quod autem dixit: Dimittite germen radicum arboris: regnum tuum tibi manebit, postquam cognoveris potestatem cœlestem.

24. Quamobrem, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua in eleemosynis redime, et injustitias tuas in miserationibus pauperum: fortasse erit longanimitas pro delictis tuis.

25. Hæc omnia venerunt super te Nabuchodonosor regem.

26. Post menses duodecim in templo regni sui Babylone deambulabat.

27. Et respondit rex, et dixit: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ?

28. Cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de cœlo facta est: Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex: regnum tuum transiit a te.

29. Et ab hominibus te ejicient, et cum bestiis agrestibus habitatio tua, et fœno ut bovem cibabunt te, et septem tempora mutabuntur super te donec scias, quod dominatur Excelsus super regnum ipsorum hominum, et cuicumque voluerit, dabit illud.

30. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, et ex hominibus ejectus est, et fœnum ut bos comedit, et de rore cœli corpus ejus infectum est, donec capilli ejus quasi leonum creverunt, et ungues ejus quasi avium.

31. Et post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum levavi, et sensus mei ad me reversi sunt, et Altissimo benedixi, et viventem in sempiternum laudavi, et glorificavi, quia potestas ejus potestas sempiterna, et regnum ejus in generationem et generationem.

32. Et omnes habitatores terræ quasi nihil computati sunt, et juxta voluntatem suam facit in virtute cœli, et in habitatione terræ. Et non est, qui resistat manui ejus, et dicat ei: Quid fecisti?

33. Ipso tempore sensus mei reversi sunt in me, et ad honorem regni mei veni, et figura mea reversa est ad me: et tyranni, et magnates mei quærebant me, et in regno meo confortatus sum, et magnificentia amplior addita est mihi.

34. Et nunc ego Nabuchodonosor laudo, et exalto, et glorifico regem cœli, quia omnia opera

A 21. Τοῦτο ἡ σύγκρισις αὐτοῦ, βασιλεῦ, καὶ σύγκριμα Ὑψίστου ἐστὶν, ὃ ἔφθασεν ἐπὶ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, καὶ σὲ ἐκδιώξουσιν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἔσται ἡ κατοικία σου.

22. Καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμίσουσί σε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμά σου βαφήσεται, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ, ἕως οὗ γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἂν δόξῃ, δώσει αὐτήν.

23. Καὶ ὅτι εἶπεν, Ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν τοῦ δένδρου· ἡ βασιλεία σου σοὶ μενεῖ, ἀφ' ἧς ἂν γνῷς τὴν ἐξουσίαν τὴν οὐράνιον.

24. Διὰ τοῦτο, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· ἴσως
D ἔσται μακροθυμία τοῖς παραπτώμασί σου.

25. Ταῦτα πάντα ἔφθασεν ἐπὶ σὲ Ναβουχοδονόσορ τὸν βασιλέα.

26. Μετὰ δωδεκάμηνον ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι περιπατῶν ἦν.

27. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπεν, Οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς οἶκον βασιλείας ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου;

28. Ἔτι τοῦ λόγου ἐν τῷ στόματι τοῦ βασιλέως ὄντος, φωνὴ ἀπ' οὐρανοῦ ἐγένετο· Σοὶ λέγεται, Ναβουχοδονόσορ βασιλεῦ, ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ.

29. Καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων σὲ ἐκδιώξουσι, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἡ κατοικία σου, καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμίσουσί σε, καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται
C ἐπὶ σοὶ, ἕως οὗ γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ, δώσει αὐτήν.

30. Αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ λόγος συνετελέσθη ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐξεδιώχθη, καὶ χόρτον ὡς βοῦς ἤσθιε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη, ἕως οὗ αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λεόντων ἐμεγαλύνθησαν, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ ὡς ὀρνέων.

31. Καὶ μετὰ τὸ τέλος τῶν ἡμερῶν ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὸν οὐρανὸν ἔλαβον, καὶ αἱ φρένες μου ἐπ' ἐμὲ ἐπεστράφησαν, καὶ τὸν Ὕψιστον εὐλόγησα, καὶ τὸν ζῶντα εἰς τοὺς αἰῶνας ᾔνεσα, καὶ ἐδόξασα, ὅτι ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γε-
B νεάν.

32. Καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ὡς οὐδὲν ἐλογίσθησαν· καὶ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῇ κατοικίᾳ τῆς γῆς. Καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Τί ἐποίησας;

33. Αὐτῷ τῷ καιρῷ αἱ φρένες μου ἐπεστράφησαν ἐπ' ἐμοὶ, καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῆς βασιλείας μου ἦλθον, καὶ ἡ μορφή μου ἐπέστρεψεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ οἱ τύραννοί μου, καὶ οἱ μεγιστᾶνές μου ἐζήτουν με, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἐκραταιώθην, καὶ μεγαλωσύνη περισσοτέρα προσετέθη μοι.

34. Καὶ νῦν ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ αἰνῶ, καὶ ὑψῶ, καὶ δοξάζω τὸν βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι πάντα τὰ

ἔργα αὐτοῦ ἀληθινὰ, καὶ αἱ τρίβοι αὐτοῦ κρίσις, καὶ πάντας τοὺς πορευομένους ἐν ὑπερηφανίᾳ, δύναται ταπεινῶσαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

1. Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον μέγα τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ χιλίοις, καὶ κατέναντι τῶν χιλίων ὁ οἶνος.

2. Πίνων Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς εἶπεν ἐν τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, τοῦ ἐνεγκεῖν τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ, καὶ τὰ ἀργυρᾶ, ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ πιέτωσαν ἐν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιτοι αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ.

3. Καὶ ἠνέχθη τὰ σκεύη τὰ ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐξήνεγκε Ναβουχοδονόσορ ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔπινον ἐν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ, καὶ παράκοιτοι αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ.

4. Καὶ ἔπινον οἶνον, καὶ ᾔνεσαν τοὺς θεοὺς τοὺς χρυσοῦς, καὶ ἀργυροῦς, καὶ χαλκοῦς, καὶ σιδηροῦς, καὶ ξυλίνους, καὶ λιθίνους· καὶ τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ οὐκ εὐλόγησαν, τὸν ἔχοντα ἐξουσίαν τοῦ πνεύματος αὐτῶν.

5. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐξῆλθον δάκτυλοι χειρὸς ἀνθρώπου, καὶ ἔγραφον κατέναντι τῆς λαμπάδος ἐπὶ τὸ κονίαμα τοῦ τοίχου τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐθεώρει τοὺς ἀστραγάλους τῆς χειρὸς τῆς γραφούσης.

6. Τότε τοῦ βασιλέως ἡ μορφὴ ἠλλοιώθη, καὶ οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ συνετάρασσον αὐτὸν, καὶ οἱ σύνδεσμοι τῆς ὀσφύος αὐτοῦ διελύοντο, καὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ ※ τοῦτο τούτῳ /. συνεκρούετο.

7. Καὶ ἐβόησεν ὁ βασιλεὺς ἐν ἰσχύϊ τοῦ εἰσαγαγεῖν μάγους, Χαλδαίους, γαζαρηνούς· καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπεν τοῖς σοφοῖς Βαβυλῶνος, ὅτι Πᾶς ἄνθρωπος, ὃς ἐὰν ἀναγνῷ τὴν γραφὴν ταύτην, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτῆς γνωρίσῃ μοι, πορφύραν ἐνδύσεται, καὶ ὁ μανιάκης ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ, καὶ τρίτος ἐν τῇ βασιλείᾳ μου ἄρξει.

8. Καὶ εἰσεπορεύοντο πάντες οἱ σοφοὶ τοῦ βασιλέως, καὶ οὐκ ἠδύναντο τὴν γραφὴν ἀναγνῶναι, οὐδὲ τὴν σύγκρισιν γνωρίσαι τῷ βασιλεῖ.

9. Καὶ ὁ βασιλεὺς Βαλτάσαρ ἐταράχθη, καὶ ἡ μορφὴ αὐτοῦ ἠλλοιώθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ συνεταράσσοντο.

10. Καὶ ἡ βασίλισσα κατέναντι τῶν λόγων τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ εἰς τὸν οἶκον τοῦ πότου εἰσῆλθεν, καὶ ἀπεκρίθη ἡ βασίλισσα, καὶ εἶπεν· Βασιλεῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι· μὴ ταρασσέτωσάν σε οἱ διαλογισμοί σου, καὶ ἡ μορφή σου μὴ ἀλλοιούσθω.

11. Ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν ᾧ Πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πατρός σου γρηγόρησις καὶ σύνεσις εὑρέθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ ὁ πατήρ σου ἄρχοντα ἐπαοιδῶν, μάγων, Χαλδαίων, γαζαρηνῶν κατέστησεν αὐτόν.

12. Ὅτι πνεῦμα περισσὸν ἐν αὐτῷ, καὶ φρόνησις, καὶ σύνεσις, συγκρίνων ἐνύπνια, καὶ ἀναγγέλλων κρατούμενα· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπέθηκεν αὐτῷ ὄνομα Βαλ-

A ejus vera, et semitæ ejus judicium, et omnes gradientes in superbia potest humiliare.

CAPUT V.

1. Baltasar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille, et e regione ipsorum mille, vinum.

2. Bibens Baltasar rex dixit in gustu vini, ut afferrentur vasa aurea, et argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo, quod erat in Jerusalem, et biberent in eis rex, et optimates ejus, et concubinæ ejus, et scorta ejus.

3. Et allata sunt vasa argentea, et aurea, quæ asportaverat Nabuchodonosor de templo Dei, quod
B fuerat in Jerusalem: et bibebant in eis rex, et optimates ejus, et concubinæ ejus, et scorta ejus.

4. Et bibebant vinum, et laudabant deos aureos, et argenteos, et æreos, et ferreos, ligneosque, et lapideos: et Deo cœli non benedixerunt habenti potestatem spiritus eorum.

5. In eadem hora egressi sunt digiti manus hominis, et scribebant e regione lampadis in tectorio parietis domus regis; et rex contemplabatur articulos manus scribentis.

6. Tunc regis forma immutata est, et cogitationes
C ejus conturbabant eum, et compages renum ejus dissolvebantur, et genua ejus alterum alteri collidebantur.

7. Et clamavit rex in fortitudine, ut introducerent magos, Chaldæos, gazarenos. Et respondit rex, et dixit sapientibus Babylonis, quod Omnis homo quicumque legerit scripturam hanc, et conjecturam ejus manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, et torques aurea super collum ejus, et tertius in regno meo princeps erit.

8. Et ingrediebantur omnes sapientes regis, et non poterant scripturam legere, neque significationem indicare regi.

9. Et rex Baltasar turbatus est, et forma ejus immutata est in illo, et optimates ejus conturba-
D bantur.

10. Et regina propter verba regis, et optimatum ejus in domum convivii ingressa est, et respondit regina, et dixit: Rex, in æternum vive: non conturbent te cogitationes tuæ, et forma tua non immutetur.

11. Est vir in regno tuo, in quo est Spiritus Dei sanctus in eo, et in diebus patris tui vigilantia et intelligentia inventæ sunt in eo; et rex Nabuchodonosor pater tuus principem incantatorum, magorum, Chaldæorum, gazarenorum constituit eum.

12. Quia spiritus amplior in eo, et prudentia, et intellectus conjiciens somnia, et indicans ostenta: et rex imposuit ei nomen Baltasar: nunc itaque

vocetur Daniel, et conjecturam ejus indicabit tibi.

13. Tunc Daniel introductus est coram rege, et dixit rex Danieli: Tu es Daniel, qui de filiis captivitatis Judææ, quam adduxit rex pater meus de Judæa?

14. Et audivi de te, quia Spiritus Dei sanctus in te, et vigilantia, et intelligentia, et sapientia amplior inventæ sunt in te.

15. Et nunc ingressi sunt in conspectu meo sapientes, magi, gazareni, ut scripturam hanc legerent, et conjecturam ejus indicarent mihi, et non potuerunt interpretationem sermonis hujus indicare mihi.

16. Et ego audivi de te, quia potes judicia interpretari, et solvere perplexa : et nunc si poteris legere scripturam, et conjecturam ejus indicare mihi, purpura vestieris, et torques aureus erit super collum tuum, et tertius in regno meo princeps eris.

17. Tunc respondit Daniel, et dixit coram rege : Munera tua tibi erunt, et donum regni tui alteri da : ego autem scripturam legam regi, et conjecturam ejus ostendam tibi, o rex.

18. Deus altissimus regnum, et magnificentiam, et honorem, et gloriam dedit Nabuchodonosor patri tuo.

19. Et a magnificentia, quam dedit ei, omnes populi, tribus, linguæ erant trementes, et metuentes a facie ejus : quos volebat ipse interficiebat, et quos volebat ipse servabat, et quos volebat ipse exaltabat, et quos volebat ipse humiliabat.

20. Et quando elevatum est cor ejus, et spiritus ejus obfirmatus est ad superbiendum, depositus est de solio regni sui.

21. Et honor ejus ablatus est ab eo, et ex hominibus ejectus est, et cor ejus cum bestiis datum est, et cum onagris habitatio ejus : et fœno ut bovem cibaverunt eum, et de rore cœli corpus ejus madefactum est, donec cognovit, quia dominatur Deus altissimus super regnum hominum, et cuicumque voluerit, dabit illud.

22. Et tu filius ejus Baltasar non humiliasti cor tuum coram Deo, cujus omnia hæc noras.

23. Et super Dominum Deum cœli elevatus es, et vasa domus ejus attulerunt coram te, et tu, et optimates tui, et concubinæ tuæ, et scorta tua bibebatis vinum in eis, et deos aureos, et argenteos, et æneos, et ferreos, et ligneos, et lapideos, qui non vident, et non audiunt, et non sentiunt, laudasti; et Deum, cujus respiratio tua in manu ejus, et omnes viæ tuæ, ipsum non glorificasti.

24. Idcirco a facie ejus missus est articulus manus, et scripturam hanc ordinavit.

A τάσαρ· νῦν οὖν κληθήτω Δανιὴλ, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ ἀναγγελεῖ σοι.

13. Τότε Δανιὴλ εἰσήχθη ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Δανιήλ· Σὺ εἶ Δανιὴλ, ὁ ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας, ἧς ἤγαγεν ὁ βασιλεὺς ὁ πατήρ μου ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας;

14. Καὶ ἤκουσα περὶ σοῦ, ὅτι Πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν σοὶ, καὶ γρηγόρησις, καὶ σύνεσις, καὶ σοφία περισσὴ εὑρέθη ἐν σοί.

15. Καὶ νῦν εἰσῆλθον ἐνώπιόν μου οἱ σοφοὶ, μάγοι, γαζαρηνοὶ, ἵνα τὴν γραφὴν ταύτην ἀναγνῶσι, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτῆς γνωρίσωσί μοι, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν τὴν σύγκρισιν τοῦ λόγου τούτου ἀναγγεῖλαί μοι.

16. Καὶ ἐγὼ ἤκουσα περὶ σοῦ, ὅτι δύνασαι συγκρί-
B ματα συγκρίνειν, καὶ λύειν συνδέσμους· καὶ νῦν ἐὰν δυνηθῇς ἀναγνῶναι τὴν γραφὴν, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτῆς γνωρίσαι μοι, πορφύραν ἐνδύσῃ, καὶ ὁ μανιάκης ὁ χρυσοῦς ἔσται ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ τρίτος ἐν τῇ βασιλείᾳ μου ἄρξεις.

17. Τότε ἀπεκρίθη Δανιὴλ, καὶ εἶπεν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως· Τὰ δόματά σου σοὶ ἔσται, καὶ τὴν δωρεὰν τῆς βασιλείας σου ἑτέρῳ δός· ἐγὼ δὲ τὴν γραφὴν ἀναγνώσομαι τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτῆς γνωρίσω σοὶ, βασιλεῦ.

18. Ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν μεγαλωσύνην, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν ἔδωκε Ναβουχοδονόσορ τῷ πατρί σου.

19. Καὶ ἀπὸ τῆς μεγαλωσύνης, ἧς ἔδωκεν αὐτῷ, πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι ἦσαν τρέμοντες, καὶ
C φοβούμενοι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· οὓς ἐβούλετο αὐτὸς ἀνῄρει, καὶ οὓς ἐβούλετο αὐτὸς ἔσωζε, καὶ οὓς ἐβούλετο αὐτὸς ὕψου, καὶ οὓς ἐβούλετο αὐτὸς ἐταπείνου.

20. Καὶ ὅτε ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐκραταιώθη τοῦ ὑπερηφανεύσασθαι, κατηνέχθη ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

21. Καὶ ἡ τιμὴ αὐτοῦ ἀφῃρέθη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐξεδιώχθη, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μετὰ τῶν θηρίων ἐδόθη, καὶ μετὰ ὄνων ἀγρίων ἡ κατοικία αὐτοῦ, καὶ χόρτον ὡς βοῦν ἐψώμιζον αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη, ἕως οὗ ἔγνω, ὅτι κυριεύει ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ δώσει αὐτήν.

D 22. Καὶ σὺ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Βαλτάσαρ, οὐκ ἐταπείνωσας τὴν καρδίαν σου κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, οὗ πάντα ταῦτα ἔγνως.

23. Καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ὑψώθης, καὶ τὰ σκεύη τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἤνεγκαν ἐνώπιόν σου, καὶ σὺ καὶ οἱ μεγιστᾶνές σου, καὶ αἱ παράκοιτοί σου, καὶ αἱ παλλακαί σου ἐπίνετε οἶνον ἐν αὐτοῖς, καὶ τοὺς θεοὺς τοὺς χρυσοῦς, καὶ ἀργυροῦς, καὶ χαλκοῦς, καὶ σιδηροῦς, καὶ ξυλίνους, καὶ λιθίνους, οἳ οὐ βλέπουσι, καὶ οὐ γινώσκουσιν, ᾔνεσας, καὶ τὸν Θεὸν οὗ ἡ πνοή σου ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου, αὐτὸν οὐκ ἐδόξασας.

24. Διὰ τοῦτο ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἀπεστάλη ἀστράγαλος χειρὸς, καὶ τὴν γραφὴν ταύτην ἐνέταξεν.

25. Καὶ αὕτη ἡ γραφὴ ἡ ἐντεταγμένη· ΜΑΝΗ, ΘΕΚΕΛ, ΦΑΡΕΣ. A

26. Καὶ τοῦτο τὸ σύγκριμα τοῦ ἐρωτήματος· ΜΑΝΗ, ἐμέτρησεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ ἐπλήρωσεν αὐτήν.

27. ΘΕΚΕΛ, ἐστάθη ἐν ζυγῷ, καὶ εὑρέθη ὑστεροῦσα.

28. ΦΑΡΕΣ, διῄρηται ἡ βασιλεία σου, καὶ ἐδόθη Μήδοις, καὶ Πέρσαις.

29. Καὶ εἶπεν Βαλτάσαρ, καὶ ἐνέδυσαν τὸν Δανιὴλ πορφύραν, καὶ τὸν μανιάκην τὸν χρυσοῦν περιέθηκαν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἐκήρυξε περὶ αὐτοῦ, εἶναι αὐτὸν ἄρχοντα τρίτον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

30. Ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀνῃρέθη Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ὁ Χαλδαῖος.

31. Καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος παρέλαβεν τὴν βασιλείαν, ὢν ἐτῶν ἑξήκοντα δύο. B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

1. Καὶ ἤρεσεν ἐνώπιον Δαρείου, καὶ κατέστησεν ἐπὶ τῆς βασιλείας σατράπας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, τοῦ εἶναι αὐτοὺς ἐν ὅλῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

2. Καὶ ἐπάνω πάντων αὐτῶν τακτικοὺς τρεῖς· καὶ ἦν Δανιὴλ εἷς ἐξ αὐτῶν, τοῦ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τοὺς σατράπας λόγον, ὅπως ὁ βασιλεὺς μὴ ἐνοχλῆται.

3. Καὶ ἦν Δανιὴλ ὑπερνικῶν ὑπὲρ τοὺς τακτικοὺς καὶ τοὺς σατράπας κατέναντι, ὅτι πνεῦμα περισσὸν ἦν ἐν αὐτῷ.

4. Καὶ ὁ βασιλεὺς κατέστησεν αὐτὸν ἐφ' ὅλης τῆς βασιλείας αὐτοῦ· καὶ οἱ τακτικοὶ καὶ οἱ σατράπαι ἐζήτουν πρόφασιν εὑρεῖν κατὰ Δανιὴλ ἐκ τῆς βασιλείας, καὶ πᾶσαν πρόφασιν καὶ παράπτωμα οὐχ εὗρον κατ' αὐτοῦ, ὅτι πιστὸς ἦν. C

5. Καὶ εἶπον οἱ τακτικοὶ ἐκεῖνοι, Οὐχ εὑρήσομεν κατὰ Δανιὴλ πρόφασιν, εἰ μὴ ἐν νομίμοις Θεοῦ αὐτοῦ.

6. Τότε οἱ τακτικοὶ καὶ σατράπαι παρέστησαν τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶπον αὐτῷ· Δαρεῖε βασιλεῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι.

7. Συνεβουλεύσαντο πάντες οἱ ἐπὶ τῆς βασιλείας σου στρατηγοὶ, καὶ σατράπαι, ὕπατοι, καὶ τοπάρχαι, τοῦ στῆσαι στάσιν βασιλικὴν, καὶ ἐνισχῦσαι ὁρισμὸν, ὅπως ὃς ἐὰν αἰτήσῃ αἴτημα παρὰ παντὸς θεοῦ, ἢ ἀνθρώπων, ἕως ἡμερῶν τριάκοντα, ἀλλ' ἢ παρὰ σοῦ, βασιλεῦ, ἐμβληθήσεται εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων.

8. Νῦν οὖν, βασιλεῦ, στῆσον τὸν ὁρισμὸν, καὶ ἔκθες γραφὴν, ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ τὸ δόγμα Μήδων καὶ Περσῶν, ὅπως μὴ παραλλαγῇ κατέναντι τούτου. D

9. Τότε ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος ἐπέταξε γραφῆναι τὸ δόγμα.

10. Καὶ Δανιὴλ ἡνίκα ἔγνω, ὅτι ἐνετάγη τὸ δόγμα, εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ θυρίδες ἀνεῳγμέναι αὐτῷ ἐν τοῖς ὑπερῴοις αὐτοῦ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ, καὶ καιροὺς τρεῖς τῆς ἡμέρας ἦν κάμπτων ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ, καὶ προσευχόμενος, καὶ ἐξομολογούμενος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καθὼς ἦν ποιῶν ἔμπροσθεν.

11. Τότε οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι παρετηρήσαντο, καὶ εὗρον τὸν Δανιὴλ ἀξιοῦντα, καὶ δεόμενον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ.

25. Et hæc scriptura, quæ ordinata est : MANE, THECEL, PHARES.

26. Et hæc est interpretatio interrogationis : MANE, mensus est Deus regnum tuum, et complevit illud.

27. THECEL, appensum est in statera, et inventum est minus habens.

28. PHARES, divisum est regnum tuum et datum est Medis, et Persis.

29. Et dixit Baltasar, et induerunt Danielem purpura, et torquem aureum circumdederunt collo ejus, et prædicavit de eo, esse ipsum principem tertium in regno suo.

30. In eadem nocte interfectus est Baltasar rex Chaldæus.

31. Et Darius Medus assumpsit regnum annos natus sexaginta duos.

CAPUT VI.

1. Et placuit in conspectu Darii, et constituit super regnum satrapas centum et viginti, ut essent in toto regno suo.

2. Et super omnes eos, præfectos tres : et erat Daniel unus ex eis : ut satrapæ illis redderent rationem, ut rex non sustineret molestias.

3. Et erat Daniel prævalens super præfectos et satrapas coram, quia spiritus amplior erat in eo.

4. Et rex constituit eum super omne regnum suum : et præfecti et satrapæ quærebant invenire occasionem contra Danielem de regno : et omnem occasionem et delictum non invenerunt contra eum, eo quod fidelis erat.

5. Et dixerunt præfecti illi : Non inveniemus contra Danielem occasionem, nisi in legitimis Dei sui.

6. Tunc præsides et satrapæ astiterunt regi, et dixerunt ei : Dari rex, in æternum vive.

7. Consilium inierunt omnes, qui super regnum tuum duces et satrapæ, consules et toparchæ, statuere decretum regium, et confirmare constitutionem, ut quicumque petierit petitionem a quocumque deo, aut ab hominibus usque ad triginta dies, nisi a te, rex, mittatur in lacum leonum.

8. Nunc igitur, rex, statue constitutionem, et propone scripturam, ut non immutetur decretum Medorum et Persarum, neque violetur super hoc.

9. Tunc rex Darius jussit scribi decretum.

10. Et Daniel quando cognovit constitutum esse decretum, ingressus est in domum suam : et fenestris apertis ei in cœnaculis suis contra Jerusalem, et tribus temporibus diei erat flectens se super genua sua, et orans, et confitens coram Deo suo, sicut ante facere consueverat.

11. Tunc viri illi observarunt, et invenerunt Danielem obsecrantem et orantem coram Deo suo.

12. Et accedentes dicunt regi: Rex, nonne constitutionem posuisti, ut omnis homo quicumque petierit a quocumque deo et hominibus petitionem usque ad triginta dies, nisi a te, rex, mittatur in lacum leonum?

13. Et dixit rex, Verus est sermo, et decretum Medorum et Persarum non contemnetur.

14. Tunc responderunt, et dicunt coram rege: Daniel, qui de filiis captivitatis Judææ, non subdidit se decreto tuo circa legem, quam statuisti: et tribus temporibus diei petit a Deo suo petitiones suas. Tunc rex, ut audivit verbum, valde contristatus est in eo: et pro Daniele decertabat ad liberandum eum, et usque ad occasum solis laborabat, ut erueret eum.

15. Tunc viri illi animadverterunt super regem, et dicunt regi: Scito, rex, quia decretum Medis et Persis est, ut omnem legem et statutum, quodcumque rex statuerit, non oporteat immutari.

16. Tunc rex dixit: et adduxerunt Danielem, et miserunt eum in lacum leonum, et dixit rex Danieli: Deus, quem tu colis semper, ipse liberabit te.

17. Et attulerunt lapidem unum, et imposuerunt super os laci: et obsignavit rex in annulo suo, et annulo optimatum suorum, ne quid secus fieret in Danielem.

18. Et abiit rex in domum suam, et dormivit incœnatus, et cibos non attulerunt ei, et somnus recessit ab eo: et conclusit Deus ora leonum, et non affecerunt molestia Danielem.

19. Tunc rex surrexit mane diluculo, et in festinatione venit ad lacum leonum.

20. Et cum appropinquaret ipse lacui, Danieli in voce forti clamavit, et respondit rex, et dixit Danieli: Daniel serve Dei viventis, Deus tuus, cui tu servis semper, num potuit liberare te de ore leonum?

21. Et loquutus est Daniel regi, et ait: Rex, in sæcula vive.

22. Deus meus misit angelum suum, et obstruxit ora leonum, et non nocuerunt mihi, quia coram eo rectitudo inventa est mihi: sed et coram te, rex, delictum non feci.

23. Tunc rex vehementer gavisus est super eo, et Danielem jussit educi de lacu; et eductus est Daniel de lacu, et nulla læsio inventa est in eo, quia credidit Deo suo.

24. Et dixit rex, et adduxerunt viros, qui accusaverant Danielem, et in lacum leonum missi sunt ipsi, et filii eorum, et uxores eorum: et non pervenerunt ad pavimentum laci, donec dominati sunt eorum leones, et omnia ossa eorum comminuerunt.

A 12. Καὶ προσελθόντες λέγουσι τῷ βασιλεῖ· Βασιλεῦ, οὐχ ὁρισμὸν ἔταξας, ὅπως πᾶς ἄνθρωπος ὃς ἐὰν αἰτήσῃ παρὰ παντὸς θεοῦ καὶ ἀνθρώπων αἴτημα, ἕως ἡμερῶν τριάκοντα, ἀλλ' ἢ παρὰ σοῦ, βασιλεῦ, ἐμβληθήσεται εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων;

13. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, Ἀληθινὸς ὁ λόγος, καὶ τὸ δόγμα Μήδων καὶ Περσῶν οὐ παρελεύσεται.

14. Τότε ἀπεκρίθησαν, καὶ λέγουσιν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως· Δανιὴλ, ὁ ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας, οὐχ ὑπετάγη τῷ δόγματί σου περὶ τοῦ ὁρισμοῦ, οὗ ἐνέταξας, καὶ καιροὺς τρεῖς τῆς ἡμέρας αἰτεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ αἰτήματα αὐτοῦ. Τότε ὁ βασιλεὺς ὡς τὸ ῥῆμα ἤκουσε, πολὺ ἐλυπήθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ περὶ τοῦ Δανιὴλ ἠγωνίσατο τοῦ ἐξελέσθαι αὐτὸν, καὶ ἕως πρὸς δυσμαῖς ἡλίου ἦν ἀγωνιζόμενος
B ἐξελέσθαι αὐτόν.

15. Τότε οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι παρετηρήσαντο ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ λέγουσι τῷ βασιλεῖ· Γνῶθι, βασιλεῦ, ὅτι τὸ δόγμα τοῖς Μήδοις καὶ Πέρσαις, τοῦ πάντα ὁρισμὸν, καὶ στάσιν, ἣν ἐὰν ὁ βασιλεὺς στήσῃ, οὐ δεῖ παραλλάξαι.

16. Τότε ὁ βασιλεὺς εἶπεν· καὶ ἤγαγον τὸν Δανιὴλ, καὶ ἐνέβαλον αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Δανιήλ· Ὁ Θεὸς ᾧ σὺ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, αὐτὸς ἐξελεῖταί σε.

17. Καὶ ἤνεγκαν λίθον ἕνα, καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λάκκου, καὶ ἐσφραγίσατο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ δακτυλίῳ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ὅπως μὴ ἀλλοιωθῇ τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ Δανιήλ.

C 18. Καὶ ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἄδειπνος, καὶ ἐδέσματα οὐκ εἰσήνεγκαν αὐτῷ, καὶ ὁ ὕπνος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ· καὶ ἀπέκλεισεν ὁ Θεὸς τὰ στόματα τῶν λεόντων, καὶ οὐ παρηνώχλησαν τῷ Δανιήλ.

19. Τότε ὁ βασιλεὺς ἀνέστη τὸ πρωῒ ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ἐν σπουδῇ ἦλθεν ἐπὶ τὸν λάκκον τῶν λεόντων.

20. Καὶ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν τῷ λάκκῳ, τῷ Δανιὴλ ἐν φωνῇ ἰσχυρᾷ ἐβόησε, καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπεν τῷ Δανιήλ· Δανιὴλ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ Θεός σου ᾧ σὺ λατρεύεις ἐνδελεχῶς, εἰ ἐδυνήθη ἐξελέσθαι σε ἀπὸ στόματος τῶν λεόντων;

21. Καὶ ἐλάλησε Δανιὴλ τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶπεν· Βασιλεῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας ζῆθι.

D 22. Ὁ Θεός μου ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐνέφραξεν τὰ στόματα τῶν λεόντων, καὶ οὐκ ἐλυμήναντό με, ὅτι κατέναντι αὐτοῦ εὐθύτης εὑρέθη μοι, καὶ ἐνώπιον δὲ σοῦ, βασιλεῦ, παράπτωμα οὐκ ἐποίησα.

23. Τότε ὁ βασιλεὺς πολὺ ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸν Δανιὴλ εἶπεν ἀνενεγκεῖν ἐκ τοῦ λάκκου· καὶ ἀνηνέχθη Δανιὴλ ἐκ τοῦ λάκκου, καὶ πᾶσα διαφθορὰ οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐπίστευσε τῷ Θεῷ αὐτοῦ.

24. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἤγαγον τοὺς ἄνδρας τοὺς διαβαλόντας τὸν Δανιὴλ, καὶ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων ἐνεβλήθησαν αὐτοὶ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν· καὶ οὐκ ἔφθασαν εἰς τὸ ἔδαφος τοῦ λάκκου, ἕως οὗ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ λέοντες, καὶ πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐλέπτυναν.

A

25. Τότε Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς ἔγραψε πᾶσι τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, γλώσσαις, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· Εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη.

26. Ἐκ προσώπου ἐτέθη δόγμα ἐν πάσῃ ἀρχῇ τῆς βασιλείας μου, τοῦ εἶναι τρέμοντας καὶ φοβουμένους ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Δανιήλ, ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς ζῶν, καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται, καὶ κυρεία αὐτοῦ ἕως τέλους.

27. Ἀντιλαμβάνεται, καὶ ῥύσεται, καὶ ποιεῖ σημεῖα καὶ τέρατα ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ὅστις ἐξείλετο τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματος τῶν λεόντων.

28. Καὶ Δανιὴλ οὗτος κατεύθυνεν ἐν τῇ βασιλείᾳ Δαρείου, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ Κύρου τοῦ Πέρσου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

B

1. Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Βαλτάσαρ βασιλέως Χαλδαίων, Δανιὴλ ἐνύπνιον εἶδε, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ τὸ ἐνύπνιον ἔγραψεν· ἀρχὴ λόγων αὐτοῦ, καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν.

2. Ἐγὼ Δανιὴλ ἐθεώρουν ἐν τῇ ὁράσει μου τῆς νυκτός· καὶ ἰδοὺ οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ προσέβαλλον εἰς τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην.

3. Καὶ τέσσαρα θηρία μεγάλα ἀνέβαινον ἐκ τῆς θαλάσσης διαφέροντα ἀλλήλων.

4. Τὸ πρῶτον ὡσεὶ λέαινα, καὶ πτερὰ αὐτοῦ ὡσεὶ ἀετοῦ· ἐθεώρουν ἕως οὗ ἐξετίλη τὰ πτερὰ αὐτοῦ· καὶ ἐξήρθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῇ.

5. Καὶ ἰδοὺ θηρίον ἕτερον ὅμοιον ἄρκῳ, καὶ εἰς μέρος ἓν ἐστάθη, καὶ τρία πλευρὰ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, ἀνάμεσον τῶν ὀδόντων αὐτῆς· καὶ οὕτως ἔλεγον αὐτῇ, Ἀνάστηθι, φάγε σάρκας πολλάς.

C

6. Ὀπίσω τούτου ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτός· καὶ ἰδοὺ ἕτερον θηρίον ὡσεὶ πάρδαλις· καὶ αὐτῇ πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ ὑπεράνω αὐτῆς, καὶ τέσσαρες κεφαλαὶ τῷ θηρίῳ, καὶ ἐξουσία ἐδόθη αὐτῷ.

7. Ὀπίσω τούτου ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτός· καὶ ἰδοὺ θηρίον τέταρτον φοβερὸν, καὶ ἔκθαμβον, καὶ ἰσχυρὸν περισσῶς, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ μεγάλοι, ἐσθίον, καὶ λεπτύνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει, καὶ αὐτὸ διέφερε περισσῶς παρὰ πάντα τὰ θηρία τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ κέρατα αὐτῷ δέκα.

D

8. Προσενόουν τοῖς κέρασιν αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ κέρας ἕτερον μικρὸν ἀνέβαινεν ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ τρία κέρατα τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεριζώθη ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ὀφθαλμοὶ, ὡσεὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπου ἐν τῷ κέρατι τούτῳ, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα.

9. Ἐθεώρουν ἕως ὅτε θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ, ὡσεὶ χιὼν λευκὸν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν, ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον.

10. Ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ· χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεγνώσθησαν.

11. Ἐθεώρουν τότε ἀπὸ φωνῆς τῶν λόγων, ὧν τὸ

25. Tunc Darius rex scripsit omnibus populis, tribubus, linguis, habitantibus in universa terra: Pax vobis multiplicetur.

26. A facie positum est decretum in omni principatu regni mei, ut sint trementes et metuentes a facie Dei Danielis, quia ipse est Deus vivens, et manens in sæcula : et regnum ejus non destruetur, et dominatio ejus usque in finem.

27. Suscipit, et liberat, et facit signa et prodigia in cœlo, et in terra : qui liberavit Danielem de ore leonum.

28. Et Daniel ipse prospere agebat in regno Darii, et in regno Cyri Persæ.

CAPUT VII.

1. In anno primo Baltasar regis Chaldæorum, Daniel somnium vidit, et visiones capitis ejus in cubiculo ejus, et somnium scripsit : principium sermonum ejus, et respondens dixit.

2. Ego Daniel videbam in visione mea noctis, et ecce quatuor venti cœli irruebant in mare magnum.

3. Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diversæ inter se.

4. Prima quasi leæna, et alæ ejus sicut aquilæ : aspiciebam, donec evulsæ sunt alæ ejus, et sublata est de terra, et super pedes hominis stetit, et cor hominis datum est ei.

5. Et ecce bestia alia similis urso, et in parte una stetit, et tria latera in ore ejus inter dentes ejus, et sic dicebant ei : Surge, comede carnes multas.

6. Post hanc aspiciebam in visione noctis, et ecce alia bestia quasi pardus, et huic alæ quatuor volucris super ipsam, et quatuor capita bestiæ, et potestas data est ei.

7. Post hanc aspiciebam in visione noctis, et ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, et fortis nimis, et dentes ejus ferrei, et magni, comedens, atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcabat ; et ipsa differebat nimis præ omnibus bestiis, quæ ante eam (fuerant), et cornua ei decem.

8. Considerabam cornua ejus, et ecce cornu aliud parvum ascendebat in medio eorum : et tria cornua eorum, quæ erant ante ipsum, evulsa sunt a facie ejus : et ecce oculi quasi oculi hominis in cornu isto, et os loquens magna.

9. Aspiciebam, donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit, et vestimentum ejus quasi nix candidum, et capillus capitis ejus quasi lana munda : thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis flagrans.

10. Flumen ignis trahebat egrediens in conspectu ejus : millia millium deserviebant ei, et dena millia denum millium adstabant ante eum : judicium sedit, et libri lecti sunt.

11. Aspiciebam tunc a voce sermonum, quos

cornu illud loquebatur, aspiciens eram, quoad usque interfecta est bestia, et periit, et corpus ejus datum est in combustionem ignis.

12. Et cæterarum bestiarum translatus est principatus, et longitudo vitæ data est eis usque ad tempus et opportunitatem.

13. Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens erat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus oblatus est ei.

14. Et ipsi datus est principatus, et honor, et regnum, et omnes populi, tribus, linguæ ipsi serviunt: et potestas sempiterna, quæ non pertransibit, et regnum ejus non destruetur.

15. Horruit spiritus meus, ego Daniel in habitu meo, et visiones capitis mei conturbabant me.

16. Et accessi ad unum assistentium, et veritatem quærebam ab eo discere de omnibus his: et dixit mihi veritatem, et interpretationem sermonum declaravit mihi.

17. Hæ bestiæ magnæ quatuor, quatuor regna surgent in terra, quæ auferentur.

18. Et suscipient regnum sancti Altissimi, et obtinebunt illud usque in sæculum sæculorum.

19. Et quærebam diligenter de bestia quarta, quia erat dissimilis ab omni bestia, et terribilis nimis: dentes ejus ferrei, et ungues ejus ærei: comedens, et comminuens, et reliqua pedibus suis conculcabat.

20. Et de cornibus ejus decem, quæ in capite ejus, et alio quod ascendit, et excussit de prioribus tria: et cornu illud, cui oculi sunt ei, et os loquens grandia, et aspectus eorum major cæteris.

21. Aspiciebam, et cornu illud faciebat bellum cum sanctis, et prævalebat adversus eos.

22. Quoad usque venit Antiquus dierum, et judicium dedit sanctis Altissimi, et tempus advenit, et regnum obtinuerunt sancti.

23. Et dixit sic: Bestia quarta regnum quartum erit in terra, quod eminebit super omnia regna, et devorabit universam terram, et conculcabit eam, et concidet eam.

24. Et decem cornua ejus, decem reges consurgent: et post eos consurget alius, qui superabit malis omnes priores, et tres reges humiliabit.

25. Et sermones contra Excelsum loquetur, et sanctos Altissimi antiquabit, et cogitabit mutare tempora, et legem, et dabitur in manu ejus usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis.

26. Et judicium sedit, et principatum ejus transferent ad exterminandum et perdendum usque in finem.

27. Et regnum, et potestas, et magnitudo re-

A κέρας ἐκεῖνο ἐλάλει, θεωρῶν ἤμην, ἕως ἀνῃρέθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός.

12. Καὶ τῶν λοιπῶν θηρίων μετεστάθη ἡ ἀρχὴ, καὶ μακρότης ζωῆς ἐδόθη αὐτοῖς ἕως χρόνου καὶ καιροῦ.

13. Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη αὐτῷ.

14. Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύουσιν· καὶ ἡ ἐξουσία αἰώνιος, ἥ τις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.

15. Ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τῇ ἕξει

B μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου ἐτάρασσόν με.

16. Καὶ προσῆλθον ἑνὶ τῶν ἑστηκότων, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ μαθεῖν περὶ πάντων τούτων· καὶ εἰπέ μοι τὴν ἀκρίβειαν, καὶ τὴν σύγκρισιν τῶν λόγων ἐγνώρισέ μοι.

17. Ταῦτα τὰ θηρία τὰ μεγάλα τὰ τέσσαρα, τέσσαρες βασιλεῖαι ἀναστήσονται ἐπὶ τῆς γῆς, αἳ ἀρθήσονται.

18. Καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἅγιοι Ὑψίστου, καὶ καθέξουσιν αὐτὴν ἕως αἰῶνος, καὶ ἕως αἰῶνος τῶν αἰώνων.

19. Καὶ ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου, ὅτι ἦν διάφορον παρὰ πᾶν θηρίον, καὶ φοβερὸν περισσῶς· οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ, ἐσθίον, καὶ λεπτύνον, καὶ τὰ κατάλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει.

C

20. Καὶ περὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ τῶν δέκα τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἑτέρου τοῦ ἀναβάντος, καὶ ἐκτινάξαντος τῶν προτέρων τρία, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο, ᾧ ὀφθαλμοὶ αὐτῷ, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ ὅρασις αὐτῶν μείζων τῶν λοιπῶν.

21. Ἐθεώρουν, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ ἴσχυσε πρὸς αὐτούς.

22. Ἕως οὗ ἦλθεν ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν, καὶ τὸ κρίμα ἔδωκεν ἁγίοις Ὑψίστου, καὶ ὁ καιρὸς ἔφθασε, καὶ τὴν βασιλείαν κατέσχον οἱ ἅγιοι.

23. Καὶ εἶπεν οὕτως· Τὸ θηρίον τὸ τέταρτον βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐν τῇ γῇ, ἥτις ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας, καὶ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ συμπατήσει αὐτὴν, καὶ κατακόψει αὐτήν.

D

24. Καὶ τὰ δέκα κέρατα αὐτοῦ, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, καὶ ὀπίσω αὐτῶν ἀναστήσεται ἕτερος, ὃς ὑπεροίσει κακοῖς πάντας τοὺς ἔμπροσθεν, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει.

25. Καὶ λόγους πρὸς τὸν Ὕψιστον λαλήσει, καὶ τοὺς ἁγίους Ὑψίστου παλαιώσει, καὶ ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι καιροὺς, καὶ νόμον, καὶ δοθήσεται ἐν χειρὶ αὐτοῦ ἕως καιροῦ, καὶ καιρῶν, καὶ ἥμισυ καιροῦ.

26. Καὶ τὸ κριτήριον ἐκάθισε, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ μεταστήσουσι τοῦ ἀφανίσαι, καὶ τοῦ ἀπολέσαι ἕως τέλους.

27. Καὶ ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ μεγα-

λωσύνη τῶν βασιλέων, τῶν ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, ἐδόθη ἁγίοις Ὑψίστου· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος, καὶ πᾶσαι αἱ ἀρχαὶ αὐτῷ δουλεύσουσι, καὶ ὑπακούσονται. Ἕως ὧδε πέρας τοῦ λόγου.

28. Ἐγὼ Δανιὴλ οἱ διαλογισμοί μου ἐπὶ πολὺ συνετάρασσόν με, καὶ ἡ μορφή μου ἠλλοιώθη, καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου συνετήρησα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

1. Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ, ὅρασις ὤφθη πρὸς μέ· Ἐγὼ Δανιὴλ μετὰ τὴν ὀφθεῖσάν μοι τὴν ἀρχήν.

2. Καὶ εἶδον ἐν τῇ ὁράσει, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἰδεῖν με, καὶ ἤμην ἐν Σούσοις τῇ βάρει, ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ Αἰλάμ· καὶ εἶδον ἐν ὁράματι, καὶ ἤμην ἐπὶ τοῦ Οὐβαλοῦλα.

3. Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς ἑστηκὼς πρὸ τοῦ Οὐβαλοῦλα, καὶ αὐτῷ κέρατα, καὶ τὰ κέρατα ὑψηλά· καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτῳ.

4. Καὶ εἶδον τὸν κριὸν κερατίζοντα κατὰ θάλασσαν, καὶ βοῤῥᾶν, καὶ νότον, καὶ πάντα τὰ θηρία οὐ στήσονται ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἐκ χειρὸς αὐτοῦ καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐμεγαλύνθη.

5. Καὶ ἐγὼ ἤμην συνιῶν, καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ Λιβὸς ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς πάσης· καὶ οὐκ ἦν ἁπτόμενος τῆς γῆς· καὶ τῷ τράγῳ ἐκείνῳ κέρας θεωρητὸν ἀνάμεσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ.

6. Καὶ ἦλθεν ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐνώπιον τοῦ Οὐβαλοῦλα, καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτὸν, ἐν ὁρμῇ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

7. Καὶ εἶδον αὐτὸν φθάσαντα ἕως τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ κριῷ τοῦ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

8. Καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν ἐμεγαλύνθη σφόδρα· καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη τέσσαρα κέρατα ἕτερα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ.

9. Καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν ἐξῆλθε κέρας ἓν ἰσχυρὸν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν νότον, καὶ πρὸς ἀνατολὴν, καὶ πρὸς τὴν δύναμιν.

10. Καὶ ἐμεγαλύνθη ἕως τῆς δυνάμεως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τῆς δυνάμεως, καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων, καὶ συνεπάτησεν αὐτούς.

11. Καὶ ἕως ἄρχοντος τῆς δυνάμεως ἡδρύνθη, καὶ ἕως οὗ ὁ ἀρχιστράτηγος ῥύσηται τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ δι' αὐτὸν θυσία ἐταράχθη παραπτώματι· καὶ ἐγενήθη, καὶ κατευωδώθη αὐτῷ· καὶ τὸ ἅγιον ἐρημωθήσεται.

12. Καὶ ἐδόθη ἐπὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία, καὶ ἐῤῥί-

A gum, qui sub omni cœlo (sunt) data sunt sanctis Altissimi : et regnum ejus, regnum sempiternum, et omnes principatus ipsi servient, et obedient. Hucusque finis sermonis.

28. Ego Daniel cogitationes meæ multum conturbabant me, et forma mea mutata est, et verbum in corde meo conservavi.

CAPUT VIII.

1. In anno tertio regni Baltasar, visio apparuit mihi : ego Daniel post eam, quæ apparuerat mihi in principio.

2. Et vidi in visione, et factum est cum viderem, et eram in Susis castro, quod est in regione Ælam :
B et vidi in visione, et eram super Ubalula.

3. Et levavi oculos meos, et vidi : et ecce aries unus stans ante Ubalula, et ei cornua, et cornua excelsa; et unum excelsius altero, et excelsum ascendebat in novissimo.

4. Et vidi arietem cornibus ventilantem contra mare, et aquilonem et austrum, et omnes bestiæ non stabant coram eo : et non erat qui erueret de manu ejus, fecitque secundum voluntatem suam, et magnificatus est.

5. Et ego eram intelligens : et ecce hircus caprarum veniebat ab Africo super faciem terræ universæ, et non erat tangens terram : et hirco illi
C cornu conspicuum inter oculos ejus.

6. Et venit hircus usque ad arietem, qui habebat cornua, quem videram stantem ante Ubalula, et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7. Et vidi eum venientem usque ad arietem, et efferatus est in eum, et percussit arietem, et contrivit duo cornua ejus, et non erat fortitudo arieti standi coram eo : et projecit eum in terram, et conculcavit eum, et non erat qui liberaret arietem de manu ejus.

8. Et hircus caprarum magnificatus est valde : et, dum invalesceret, contritum est cornu illius ma-
D gnum, et ascenderunt quatuor cornua alia subter illud per quatuor ventos cœli.

9. Et de uno ex eis egressum est cornu unum forte, et magnificatum est nimis contra austrum, et contra orientem, et contra fortitudinem.

10. Et magnificatum est usque ad virtutem cœli ; et dejecit in terram de fortitudine, et de stellis, et conculcavit eas.

11. Et usque ad principem virtutis grande evasit, et quoadusque dux militiæ liberaverit captivitatem, et propter eum sacrificium turbatum est delicto : et factum est, et prospere cessit ei ; et sanctuarium desolabitur

12. Et datum est super sacrificium peccatum, et

projecta est humi justitia, et fecit, et prospere cessit.

13. Et audivi unum sanctum loquentem: et dixit unus sanctus Phelmuni loquenti: Usquequo visio stabit, et sacrificium ablatum, et peccatum desolationis, quod datum est, et sanctuarium, et fortitudo conculcabitur?

14. Et dixit ei: Usque ad vesperam, et mane dies duo mille, et trecenti: et mundabitur sanctuarium.

15. Et factum est, cum viderem ego Daniel visionem, quærebam intelligentiam: et ecce stetit in conspectu meo quasi species viri.

16. Et audivi vocem viri inter Ubalula, et vocavit, et dixit: Gabriel, fac istum intelligere visionem.

17. Et venit, et stetit prope stationem meam: et cum venisset ipse expavi, et corruo in faciem meam: et dixit ad me: Intellige, fili hominis, adhuc enim in temporis finem visio.

18. Cumque loqueretur ipse mecum, cado in faciem meam super terram: et tetigit me, et statuit me super pedes meos, et dixit:

19. Ecce ego ostendo tibi quæ futura sunt in novissimis iræ: adhuc enim in temporis finem.

20. Aries, quem vidisti, qui habebat cornua, rex Medorum est, et Persarum.

21. Et hircus caprarum rex Græcorum, et cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus.

22. Quod autem contritum est, et steteruntquatuor cornua subter illud, quatuor reges consurgent de gente ejus, et non in fortitudine sua.

23. Et in novissimo regni eorum, completis peccatis eorum, cum obsignata fuerint delicta eorum, consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones.

24. Et robusta fortitudo ejus, sed non in robore suo: et mirabiliter vastabit, et prosperabitur, et faciet, et exterminabit fortes, et populum sanctum.

25. Et jugum vinculi ejus dirigetur: dolus in manu ejus, et in corde ejus magnificabitur: et dolo corrumpet multos, et in perditione multorum stabit ※ et contra principem ※ principum consurget, et quasi ova in manu conteret eos.

26. Et visio vespere, et mane, quæ dicta est, vera est: et tu signa visionem, quia in dies multos erit.

27. Et ego Daniel decubui, et elangui per dies: et surrexi, et faciebam opera regis, et admirabar visionem, et non erat qui intelligeret.

CAPUT IX.

1. In primo anno Darii filii Assueri de semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldæorum:

2. In anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi

φη χαμαὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐποίησε, καὶ εὐωδώθη.

13. Καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἁγίου λαλοῦντος· καὶ εἶπεν εἷς ἅγιος τῷ Φελμουνὶ τῷ λαλοῦντι· Ἕως πότε ἡ ὅρασις στήσεται, καὶ ἡ θυσία ἡ ἀρθεῖσα, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς ἐρημώσεως ἡ δοθεῖσα, καὶ τὸ ἅγιον, καὶ ἡ δύναμις συμπατηθήσεται;

14. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἕως ἑσπέρας, καὶ πρωῒ ἡμέραι δισχίλιαι, καὶ τριακόσιαι, καὶ καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον.

15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἰδεῖν με, ἐγὼ Δανιὴλ, τὴν ὅρασιν, ἐζήτουν σύνεσιν, καὶ ἰδοὺ ἔστη ἐνώπιόν μου, ὡς ὅρασις ἀνδρός.

16. Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀνδρὸς ἀνάμεσον τοῦ Οὐβαλοῦλα, καὶ ἐκάλεσε, καὶ εἶπε· Γαβριὴλ, συνέτισον ἐκεῖνον τὴν ὅρασιν.

17. Καὶ ἦλθε, καὶ ἔστη ἐχόμενα τῆς στάσεώς μου· καὶ ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐθαμβήθην, καὶ πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου· καὶ εἶπεν πρός με· Σύνες, υἱὲ ἀνθρώπου, ἔτι γὰρ εἰς καιροῦ πέρας ἡ ὅρασις.

18. Καὶ ἐν τῷ λαλεῖν αὐτὸν μετ' ἐμοῦ, πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἥψατό μου, καὶ ἔστησέ με ἐπὶ τοὺς πόδας μου, καὶ εἶπεν·

19. Ἰδοὺ ἐγὼ γνωρίζω σοι τὰ ἐσόμενα ἐπ' ἐσχάτων τῆς ὀργῆς· ἔτι γὰρ εἰς καιροῦ πέρας.

20. Ὁ κριὸς ὃν εἶδες, ὁ ἔχων τὰ κέρατα, βασιλεὺς Μήδων, καὶ Περσῶν.

21. Καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν, βασιλεὺς Ἑλλήνων, καὶ τὸ κέρας τὸ μέγα, ὃ ἦν ἀνάμεσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς ὁ πρῶτος.

22. Καὶ ὅτι συνετρίβη, καὶ ἔστη τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν αὐτοῦ, τέσσαρες βασιλεῖς ἀναστήσονται ἀπὸ τοῦ ἔθνους αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ.

23. Καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ τῆς βασιλείας αὐτῶν, πληρουμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ὡς ἂν σφραγίσονται τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀναστήσεται βασιλεὺς ἀναιδὴς προσώπῳ, καὶ συνιῶν προβλήματα.

24. Καὶ κραταιὰ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ· καὶ θαυμαστὰ διαφθερεῖ, καὶ κατευθυνεῖ, καὶ ποιήσει, καὶ διαφθερεῖ ἰσχυροὺς, καὶ λαὸν ἅγιον.

25. Καὶ ὁ ζυγὸς τοῦ κλοιοῦ αὐτοῦ κατευθυνεῖ· δόλος ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ μεγαλυνθήσεται, καὶ δόλῳ διαφθερεῖ πολλοὺς, καὶ ἐπὶ ἀπωλείᾳ πολλῶν στήσεται ※ καὶ ἐπὶ ἄρχον ※ τῶν ἀρχόντων στήσεται, καὶ ὡς ᾠὰ ἐν χειρὶ συντρίψει αὐτούς.

26. Καὶ ἡ ὅρασις τῆς ἑσπέρας, καὶ τῆς πρωΐας τῆς ῥηθείσης ἀληθής ἐστι· καὶ σὺ σφράγισαι τὴν ὅρασιν, ὅτι εἰς ἡμέρας πολλὰς ἔσται.

27. Καὶ ἐγὼ Δανιὴλ ἐκοιμήθην, καὶ ἐμαλακίσθην ἡμέρας, καὶ ἀνέστην, καὶ ἐποίουν τὰ ἔργα τοῦ βασιλέως, καὶ ἐθαύμαζον τὴν ὅρασιν, καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

1. Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Δαρείου τοῦ υἱοῦ Ἀσσουήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος Μήδων, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Χαλδαίων·

2. Ἐν ἔτει ἑνὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐγὼ Δανιὴλ

συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὃς ἐγενήθη λόγος Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη.

3. Καὶ ἔδωκα τὸ πρόσωπόν μου πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν, τοῦ ἐπιζητῆσαι προσευχὴν, καὶ δέησιν, ἐν νηστείαις, καὶ ἐν σάκκῳ, καὶ σποδῷ.

4. Καὶ προσηυξάμην πρὸς Κύριον τὸν Θεόν μου, καὶ ἐξωμολογησάμην, καὶ εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ μέγας, καὶ θαυμαστὸς, ὁ φυλάσσων τὴν διαθήκην καὶ τὸν ἔλεον τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ φυλάσσουσι τὰς ἐντολάς σου.

5. Ἡμάρτομεν, ἠδικήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, καὶ ἀπέστημεν, καὶ ἐξεκλίναμεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ ἀπὸ τῶν κριμάτων σου.

6. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῶν δούλων σου τῶν προφητῶν, οἳ ἐλάλουν ἐν τῷ ὀνόματί σου πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἡμῶν, καὶ πατέρας ἡμῶν, καὶ πρὸς πάντα τὸν λαὸν τῆς γῆς.

7. Σοὶ, Κύριε, ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡμῖν ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, ἀνδρὶ Ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ παντὶ Ἰσραὴλ, τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, οὗ διέσπειρας αὐτοὺς ἐκεῖ ἐν ἀθεσίᾳ αὐτῶν ᾗ ἠθέτησαν ἐν σοί.

8. Κύριε, ἡμῖν αἰσχύνη τοῦ προσώπου, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, οἵ τινες ἡμάρτομεν ἐν σοί.

9. Τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν οἱ οἰκτιρμοὶ, καὶ οἱ ἱλασμοὶ, ὅτι ἀπέστημεν.

10. Καὶ οὐκ εἰσηκούσαμεν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, πορεύεσθαι ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ, οἷς ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν ἐν χειρὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν.

11. Καὶ πᾶς Ἰσραὴλ παρέβησαν τὸν νόμον σου, καὶ ἐξέκλιναν τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς σου, καὶ ἐπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ κατάρα, καὶ ὁ ὅρκος ὁ γεγραμμένος ἐν νόμῳ Μωσῆ δούλου τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἡμάρτομεν αὐτῷ.

12. Καὶ ἔστησε τοὺς λόγους αὐτοῦ, οὓς ἐλάλησεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τοὺς κριτὰς ἡμῶν, οἳ ἔκρινον ἡμᾶς ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς κακὰ μεγάλα, οἷα οὐ γέγονεν ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὰ γενόμενα ἐν Ἱερουσαλήμ.

13. Καθὼς γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆ, πάντα τὰ κακὰ ταῦτα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς· καὶ οὐκ ἐδεήθημεν τοῦ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἀποστρέψαι ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν ἡμῶν, καὶ τοῦ συνιέναι ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ.

14. Καὶ ἐγρηγόρησε Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ τὴν κακίαν ἡμῶν, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν ἐφ' ἡμᾶς, ὅτι δίκαιος Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πᾶσαν τὴν ποίησιν αὐτοῦ, ἣν ἐποίησε, διότι οὐκ εἰσηκούσαμεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

15. Καὶ νῦν Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃς ἐξήγαγες τὸν λαόν σου ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ὄνομα ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν.

16. Κύριε, ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου, ἀποστραφήτω

A in libris numerum annorum, qui factus est sermo Domini ad Jeremiam, prophetam in completionem desolationis Jerusalem septuaginta annis.

3. Et dedi faciem meam ad Dominum Deum, ut quærerem preces, et obsecrationem in jejuniis, et in sacco, et cinere.

4. Et oravi ad Dominum Deum meum, et confessus sum, et dixi : Domine Deus magne, et mirabilis, custodiens testamentum, et misericordiam diligentibus te, et custodientibus mandata tua.

5. Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, et recessimus, et declinavimus a mandatis tuis, et a judiciis tuis.

B 6. Et non audivimus servos tuos prophetas, qui loquebantur nomine tuo ad reges nostros, et ad principes nostros, et patres nostros, et ad omnem populum terræ.

7. Tibi, Domine, justitia, nobis autem confusio faciei, sicut dies hæc, viro Juda, et habitantibus in Jerusalem, et omni Israel, his qui prope sunt, et his qui procul in universa terra, quo dispersisti eos illuc, in prævaricatione eorum, qua prævaricati sunt in te.

8. Domine, nobis confusio faciei, et regibus nostris, et principibus nostris, et patribus nostris, qui peccavimus in te.

9. Domino Deo nostro miserationes, et propitiationes, quia recessimus.

C 10. Et non exaudivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in legibus ejus, quas dedit ante faciem nostram in manu servorum suorum prophetarum.

11. Et omnis Israel prævaricati sunt legem tuam, et declinaverunt, ne audirent vocem tuam, et supervenit super nos maledictio, et juramentum quod scriptum est in lege Mosi servi Dei, quia peccavimus ei.

12. Et statuit sermones suos, quos locutus est super nos, et super judices nostros, qui judicarunt nos, ut superinducerent super nos mala magna, qualia non fuerunt sub omni cœlo, secundum ea, quæ facta sunt in Jerusalem.

D 13. Sicut scriptum est in lege Mosi, omnia mala hæc venerunt super nos : et non rogavimus faciem Domini Dei nostri, ut reverteremur ab iniquitatibus nostris, et ut intelligeremus in omni veritate.

14. Et vigilavit Dominus Deus noster super malitiam nostram, et adduxit eam super nos : quia justus Dominus Deus noster in omni opere suo, quod fecit : quia non exaudivimus vocem ejus.

15. Et nunc, Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, et fecisti tibi nomen sicut dies hæc : peccavimus, impie egimus.

16. Domine, in omni misericordia tua, averta-

tur, obsecro, furor tuus, et ira tua a civitate tua Jerusalem, monte sancto tuo. Quia propter peccata nostra, et propter iniquitates nostras, et patrum nostrorum, Jerusalem, et populus tuus in opprobrium factus est omnibus, qui in circuitu nostro sunt.

17. Et nunc exaudi, Domine Deus noster, orationem servi tui, et preces ejus, et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, propter te, Domine.

18. Inclina, Deus meus, aurem tuam, et audi: aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et civitatis tuæ, in qua invocatum est nomen tuum in ea: quia non in justificationibus nostris nos prosternimus miserationem coram te, sed super miserationes tuas multas, Domine.

19. Exaudi, Domine, propitiare, Domine, attende, Domine, fac, Domine: et ne moreris propter te ipsum, Deus meus: quoniam nomen tuum invocatum est super civitatem tuam, et super populum tuum.

17. Hebr. et non super eos erit imber. A. S. Th. et non erit super eos imber. LXX, et isti illis apponentur. Vul. non erit super eos imber.

מצלות 20 'Α. Θ. βύθον. Σ. περίπατον σύσκιον. Ο', χαλινόν.

20. Heb. tintinnabula. A. Th. profundum. S. incessum umbrosum. LXX, Vul. frænum.

כנעני 21 'Α. (ἔμπορος). Ο', Χαναναῖος.

21. Heb. A. Vul. mercator. LXX, Chananæus.

Notæ et variæ lectiones ad cap. XIV Zachariæ.

V. 5. Σ., καὶ ἐμφραχθήσεται etc. Euseb. Demonst. evang. p. 290.

V. 6 et 7. Σ., καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ etc. Euseb. Demonst. evang. p. 292.

V. 10. 'Α., Σ., Θ., καὶ ὑψωθήσεται. Eusebius et Hieronymus de locis Hebraicis: ubi Græce quidem legitur 'Ραβεδέ, Latine vero Ramale; sed mendose ut ibidem deprehenditur: nam agitur de Rama. Ibi tamen ὑψωθήσεται Aquilæ tantum tribuitur. At Hieronymus in Commentariis, Aquila et cæteri, *exaltabitur*.

V. 17. A., S., Th., *et non erit super eos imber.* Hieronymus.

V. 20. 'Α., Θ., βύθον. Σ., περίπατον σύσκιον. Hieron.

V. 21. A., *mercator*. Idem Hieron., i. e., ἔμπορος, ut alibi vertit Aquila.

MALACHIÆ CAPUT PRIMUM.

משא 1 'Α. ἄρμα. Σ. Ο', Θ. λῆμμα.

1. Hebr. A. Vul. onus. S. LXX, Th. assumptio.

מלאכי Οἱ λοιποί, Μαλαχί. Ο', ἀγγέλου αὐτοῦ.

Heb. *Reliqui*, Malachi. LXX, angeli ejus, *in titulo autem*, Malachias. Vul. Malachiæ.

לתנות 3 'Α. εἰς σειρῆνας. Σ. Θ. εἰς ἀνεπίβατα. Ο', εἰς δόματα.

3. H. Vul. in dracones. A. in sirenas. S. Th. in inaccessa. LXX, in domata.

יכבד 6 Οἱ λοιποί, φοβηθήσεται. Ο', δοξάσει.

6. H. honorabit. *Reliqui*, timebit. LXX, glorificat. Vul. honorat.

בזינו 'Α. ἐξουδενοῦντες. Ο', ἐφαυλίσαμεν.

Hebr. LXX, Vul. despeximus. A. vilipendentes.

מגאל 7 'Α. Σ. μεμολυσμένους. Ο', ἠλισγημένους.

7. Heb. Vul. pollutum. A. S. LXX, pollutos.

הישא 8 'Α. Θ. δυσωπηθήσεται. Ο', εἰ λήψεται.

8. Hebr. num suscipiet? A. Th reverebitur. LXX, si accipiet. Vul. si susceperit.

משחת 14 'Α. Σ. ἔμμωμον. Ο', διεφθαρμένον.

14. Hebr. LXX, corruptum. A. S. maculosum. Vul. debile.

נורא Ο', ἐπιφανές. Ἄλλος, ἐπίφοβος.

Heb. *Alius*, terribile. LXX, illustre. Vul. horribile.

Notæ et variæ lectiones ad cap. I Malachiæ.

V. 1. Hieron.: « Quid significet *onus*, id est, *pondus*, quod Hebraice MASSA, et ab Aquila ἄρμα dicitur; vel quid λῆμμα, i. e., *assumptio*, quod et LXX et cæteri Interpretes transtulerunt, in aliis Prophetis diximus. » In editis perperam legitur ὅραμα; sed ἄρμα legendum esse tum ipsa Hieronymi series, tum frequentissima quæ præcesserunt exempla comprobant.

Ibid. *Οἱ λοιποί*, Μαλαχί. Hieronymus: « Exceptis LXX alii Interpretes nomen MALACHI, ita ut in Hebræo legitur, transtulerunt. » Quod de primo versiculo, non autem de titulo libri intelligendum, ut indicat Hieron. initio Præfationis: « cujus nomen LXX transtulerunt, *angelus ejus*, dicentes: *Assumptio verbi Domini super Israel in manu angeli ejus.* » Et tamen Barberin. habet, 'Α., Σ., Θ., Μαλαχίου, sed mendose, ut puto.

V. 3. 'Α., εἰς σειρῆνας etc. Barberin. [Qui scribit σιρῆνας. DRACH.]

V. 6. *Οἱ λοιποί*, φοβηθήσεται. Idem.

Ibid. 'Α., ἐξουδενοῦντες. Barberin.

V. 7. 'Α., Σ., μεμολυσμένους. Theodoretus. [Barberin.: 'Α., Σ., Θ., μεμολ. DRACH.]

V. 8. 'Α., Θ., δυσωπηθήσεται. Barberinus.

V. 14. 'Α., Σ., ἔμμωμον. Barberin.

Ibid. *Ἄλλος*, ἐπίφοβος. Barberin.

MALACHIÆ CAPUT II.

את־המארה 2 Ο', τὴν κατάραν. Ἄλλος, σπάνιν.

2. Heb. LXX, maledictionem. *Alius*, Vul. egestatem.

3 הנני גער לכם את־הזרע וזריתי פרש על־פניכם פרש חגיכם 'Α. ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιτιμῶ ὑμῖν σὺν τῷ βραχίονι, καὶ λικμήσω κόπρον ἐπὶ πρόσωπα ὑμῶν, κόπρον ἑορτῶν ὑμῶν. Ο', ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον, καὶ σκορπιῶ ἔνυστρον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, ἔνυστρον ἑορτῶν ὑμῶν.

3. Heb. Ecce ego corripiens vobis semen, et spargam stercus super faciem vestram, stercus solennitatum vestrarum. A. Ecce ego increpo vobis cum brachio, et ventilabo stercus super facies vestras, stercus solennitatum vestrarum. LXX, Ecce ego separo vobis humerum, et dispergam ventriculum super facies vestras, ventriculum solennitatum vestrarum. Vul. ecce ego projiciam vobis brachium, et dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.

בריתי 4 'Α. τὴν συνθήκην μου. Ο', τὴν διαθήκην μου.

4. Heb. A. Vul. pactum meum. LXX, testamentum meum.

הכשלתם 8 'Α. Σ. ἐσκανδαλίσατε. Ο', ἠσθενήσατε.

8. Hebr. offendiculo fuistis. A. S. Vul. scandalizastis. LXX, infirmari fecistis.

ונשאים פנים בתורה 9 Σ. ἐδυσωπεῖσθε πρόσωπα ἐν νόμῳ. Ο', ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ.

9. Heb. et assumentes facies in lege. S. reveriti estis facies in lege. LXX, accipiebatis personas in lege. Vul. accepistis faciem in lege.

13 וזאת שנית תעשו כסות דמעה את־מזבח יהוה בכי ואנקה מאין עוד פנות אל־המנחה ולקחת רצון מידכם Ὁ Ἑβρ. ουζωθ. σηνιθ. θεσου. χεσσουθ. δεμα. εθμασβηη. ΙΙΙΙΙ. βεχι. ουαναχα. μηην. ωδ. φεννωθ ελ. αμμανα. ουλαχεθ. ρασων. μειδηχεμ. 'Α. καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιεῖτε, ἐκαλύπτετε δακρύῳ τὸ θυσιαστήριον, κλαυθμῷ καὶ οἰμωγῇ, ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι νεῦσαι πρὸς τὸ δῶρον, καὶ λαβεῖν εὐδοκίαν ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν. Σ. καὶ ταῦτα δεύτερον ἐποιεῖτε, καλύπτοντες ἐν δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον, κλαίοντες καὶ οἰμώσσοντες ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι νεύοντα πρὸς τὸ δῶρον, καὶ δέξασθαι τὸ εὐδοκημένον ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν. Ο', καὶ ταῦτα, ἃ ἐμίσουν, ἐποιεῖτε, ἐκαλύ-

13. Hebr. Et hoc secundo facietis, operire lacryma altare Domini, fletu et clamore, a non ultra respiciendo ad munus, et ad capiendum beneplacitum de manu vestra. A. Et hoc secundo faciebatis, operiebatis lacryma altare, fletu et ululatu; eo quod non esset ultra respicere ad munus, et accipere beneplacitum de manu vestra. S. Et hæc secundo faciebatis, operientes in lacrymis altare, flentes et ululantes, eo quod non esset ultra qui respiceret ad donum et ad accipiendum beneplacitum de manu vestra. LXX, Et hæc quæ oderam, faciebatis; operiebatis lacrymis altare Domini, et planctu et gemitu de laboribus. Adhuc dignum respicere ad

πτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ κλαυθμῷ καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων. Ἔτι ἄξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν, ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. Θ. καὶ τοῦτο δεύτερον ἐποιήσατε· ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον, κλαίοντες καὶ στένοντες ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ἔτι προσεγγίζοντα τὸ ὁλοκαύτωμα, καὶ λαβεῖν τέλειον ἐκ χειρῶν ὑμῶν.

sacrificium, aut suscipere acceptabile de manibus vestris. Th. et hoc secundo fecistis : operiebatis lacrymis altare, flentes et gementes; eo quod non esset ultra qui admoveret holocaustum, et acciperet perfectum de manibus vestris. Vul. Et hoc rursum fecistis, operiebatis lacrymis altare Domini, fletu et mugitu, ita ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra.

Notæ et variæ lectiones ad cap. II Malachiæ.

V. 2. Ἄλλος, σπάνιν. Barberinus.

V. 3. Ἀ., ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιτιμῶ etc. Theodoretus. [In Aquila habes σύν quod, ut de more, respondet Hebraico את. Sed hic significat *cum*, et non indicat casum accusativum. Auctor Latinæ Vulgatæ extulit הזרע cum aliis punctis, nimirum, *hazzeroa*. Drach.]

V. 4. Hieronymus : « Notandum quod BERITH verbum Hebraicum Aq., συνθήκην, id est, *pactum* interpretatur : LXX semper διαθήκην, i. e., *testamentum*. »

V. 8. Ἀ. Σ., ἐσκανδαλίσατε. Theodoretus. Barberinus vero ad Aquilam legit ἐσκανδαλώσατε. [Et ἐσκανδαλίσατε tribuit etiam Theodotioni. Drach.]

V. 9. Σ., ἐδυσωπεῖσθε etc. Theodoretus.

V. 13. Hujus versus lectiones omnes plenas exhibet Barberinus, quales edimus, cum punctis post voces Hebraicas Græce scriptas, quemadmodum scribitur in eodem codice. [In Barber. nonnulla Hebraica corrupte scripta sunt, quæ optime correxit Montf. Drach.]

MALACHIÆ CAPUT III.

ופנה 1 Σ. καὶ σχολάζει. Ο', καὶ ἐπιβλέψεται. Θ. καὶ ἑτοιμάζει.

1. Heb. et parabit. S. et vacat. LXX, et respiciet. Th. et præparat. Vul. et præparabit.

מכבסים 2 Σ. γναφέως. Ο', πλυνόντων.

2. Heb. Vul. fullonum. S. fullonis. LXX, lavantium.

גר 5 *Π.* προσηλύτου.

5. Heb. Vul. peregrinum, *Omnes*, advenæ.

היקבע אדם אלהים כי אתם קבעים אתי ואמרתם 8 במה קבענוך Ἀ. Σ. μὴ ἀποστερήσῃ ἄνθρωπος Θεὸν, ὅτι ὑμεῖς ἀποστερεῖτέ με, καὶ εἴπατε, Ἐν τίνι ἀπεστερήσαμέν σε; Ο', μήτι πτερνιεῖ ἄνθρωπος Θεὸν, διότι ὑμεῖς πτερνίζετέ με, καὶ ἐρεῖτε, Ἐν τίνι ἐπτερνίσαμέν σε;

8. Heb. Numquid auferet vi homo Deum? quia vos vi auferentes me. Et dixistis, In quo vi abstulimus te? A. S. Num fraudabit homo Deum, quia vos me fraudatis et dixistis : In quo fraudavimus te? LXX, Numquid supplantabit homo Deum, quia vos supplantatis me, et dicetis, In quo supplantavimus te? Vul. Si affliget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis : In quo configimus te?

ובחנוני נא בזאת 10 Ἀ. καὶ πειράσατε ἐν τούτῳ. Ο', ἐπιστρέψατε δὴ ἐν τούτῳ.

10. Heb. et probent me nunc in hoc. A. et probate in hoc. LXX, revertimini ergo in hoc. Vul. et probate me super hoc.

סגלה 17 Ἀ. περιούσιον. *Οἱ λοιποὶ*, περιποίησιν.

17. Heb. Vul. peculium. A. peculiarem. *Reliqui*, acquisitionem.

וחמלתי עליהם כאשר יחמל איש על־בנו Ἀ. φείσομαι ὡς φείδεται ἄνθρωπος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Ο', καὶ αἱρετιῶ αὐτὸν ὃν τρόπον αἱρετίζει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

Heb. et parcam super eis, sicut parcet vir super filio suo. A. parcam ut parcit homo filio suo. LXX, et eligam eum sicut eligit homo filium suum. Vul. et parcam ei sicut parcit vir filio suo.

Notæ et variæ lectiones ad caput III Malachiæ.

V. 1. Σ., καὶ σχολάζει. Θ., καὶ ἑτοιμάζει. Barberinus.

V. 2. Σ., γναφέως. Idem.

V. 5. Ms. Jes. Οἱ Γ', προσηλύτου. Idipsum habent et LXX.

V. 8. Ἀ., Σ., μὴ ἀποστερήσῃ etc. Theodoretus. Barberinus vero sic : Ἀ., μήτι ἀποστερήσει ἄνθρωπος Θεόν.

V. 10. Ἀ., καὶ πειράσατε. Idem. [Barb. in marg.: Σ., πειράσατε δή μοι. Drach.]

V. 17. Hieronymus : « Pro *peculio* in Hebræo legitur SGOLLA, quod Aquila περιούσιον, et cæteri περιποίησιν interpretati sunt. »

Ibid. Ἀ., φείσομαι etc. Theodoretus.

MALACHIÆ CAPUT IV.

כל־זדים 1 (Ἀ. πάντας τοὺς ὑπερηφάνους.) Ο', πάντες οἱ ἀλλογενεῖς.

1. Heb. Vul. omnes superbi. A. omnes superbos. LXX, omnes alienigenæ.

Nota.

V. 1. A., *omnes superbos*. Drusius.

[Jam cum in eo simus, ut edendis Hexaplis Origenianis, longi sane laboris multique sudoris operi, finem imponamus, non possumus quin maximas ex imo corde grates agamus *Lehmanno*, ex Germania oriundo, viro doctissimo nobisque amicissimo. Is enim, in officina Rev. Migne, non tantum revisendis plagulis, quæ prelo tradi debent, omnino de Patrologia Græco-Latina optime meretur, sed etiam ea qua gaudet, ut pauci, litterarum Latinarum et Græcarum necnon Hebraicarum scientia, in redigendis nostris hujus operis adnotationibus, judicii subacti thesauros nobiscum communicans, perutilem haud raro nobis operam præstitit. Drach.]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΑ

Η

ΚΑΤΑ ΠΑΣΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΕΛΕΓΧΟΣ.

—

ORIGENIS

PHILOSOPHUMENA

SIVE

OMNIUM HÆRESIUM REFUTATIO.

E CODICE PARISINO

PRIMUS EDIDIT

EMMANUEL MILLER.

(Oxonii MDCCCLI.)

—

ABELI VILLEMAIN LITTERARUM IN GALLIA STATORI
CUJUS PROVIDENTIA
CUM COMPLURA ALIA TUM HOC QUOQUE INSIGNE ANTIQUITATIS MONUMENTUM
IN LUCEM SUNT REVOCATA
MEMOR GRATUSQUE D. D. D. EMMANUEL MILLER.

—

PRÆFATIO.

Codicum anno 1842 ex Græcia allatorum a *Mynoïde Myna*, publicis auspiciis thesauros ejusmodi exploratum misso, unus neglectus ac fere despectus est a viris eruditis qui depositos eos penes summum moderatorem institutionis publicæ examinabant. Indicabatur ille in recensu *Monitori universali* inserto die 5 Januarii 1844 a meque alibi (*a*) repetito, his verbis : *Manuscrit en papier de coton, du* XIV[e] *siècle, contenant une réfutation de toutes les hérésies. Cet ouvrage, d'un auteur anonyme, est divisé en dix livres, mais les trois premiers manquent ainsi que la fin.*

Codicibus illis (præter paucos quos sibi servavit Mynoïdes Mynas : Babrii apographum, Galeni Dialecticam ab ipso editam a. 1844, et Philostrati Gymnasticam jam, ut videtur, integram) in bibliothecam tum Regiam illatis, mihi provincia data est ut Supplementorum Catalogo illorum recensum notitiamque concisam adjicerem. Ibi eum de quo verba facere instituimus codicem sic relatum habes : « CCCCLIV. Codex bombycinus ex Græcia a Myna allatus, quo continetur anonymi sive potius Origenis Refutatio omnium hæresium decem libris divisa. Tres priores libri et initium quarti desiderantur. Is codex Michaelis manu, sæculo decimo quarto exaratus videtur. » Nec satis mirari queo, ex tanta doctorum hominum frequentia, qui quotidie codices nostros versant, neminem illius inspiciendi cupiditatem incessisse. Vel primum folium, in quo de Chaldæorum astrologia secundum Sextum philosophum scepticum disseritur, perlectum ad cognoscenda cætera unumquemque invitasset. Ita mihi relicta est thesauri hujus, non inventio, sed ἀνακάλυψις, thesauri, inquam, quem cum Babrio, poëta elegantissimo, jam omnes inter opima spolia numerabunt a Mynoïde Myna barbariæ tenebris erepta.

Est hic codex bombycinus, quadrata forma, foliorum 137, satis indiligenter exaratus, ineunte, ut videtur, sæculo XIV a Michaele quodam, qui subscripsit : Χερσὶ Μιχαὴλ ἥδε βίβλος τελέθει γραφεῖσα. Insunt septem libri postremi operis ab Origene scripti, quod penitus deperditum habebatur, postquam primus liber, Φιλοσοφουμένων inscriptus, inde fuerat avulsus. Ejus libri fine cum promittat auctor se veterum philosophorum sententias et doctrinæ systemata explicaturum, duobus minimum libris constitisse hoc opus apparebat. Jam hujus codicis beneficio ORIGENIANI OPERIS OCTO LIBROS possidemus, si paucas lacunas quarti libri initio et versus finem decimi excipias. Secundus tantummodo atque tertius, ex decem librorum opere, adhuc sunt in deperditis; atque adeo dudum illos prorsus periisse nec quicquam relictum esse spei olim inveniendorum, ex nostro codice intelligi posse videtur. Nimirum vel illo tempore quo integer erat priores tres libros ab illo abfuisse sic equidem colligo. Scriptus est quaternionibus octona folia complectentibus septemdecim, quorum priores novem litteris simpliciter indicantur, cæteri vocibus δέκατον, ἑνδέκατον, etc. Horum indiciorum primum Γ cernitur in folio 13 ; folio 5 Arabica cifra satis antiqua scriptum « 2 » : absunt igitur folia *quatuor*, procul dubio *quarti libri* cujus superstes folium primum in *media* disputatione versatur, ita ut aliquantum paginarum numerum præcessisse oporteat. Certum est igitur et indubitatum, amanuensem nostri codicis non habuisse libros præcedentes. Exemplar autem hic illic per vetustatem male habitum ab ipso exscriptum esse ostendit spatiolis vacuis quæ compluribus in locis reliquit. Post folium 132 interciderunt folia quædam, quorum unum in fine codicis habetur (fol. 137) a nobisque suo loco restitutum est. Origenianum opus excipiunt in fol. 135 *recto* inania quædam ac levia astrologici argumenti.

Origenes ipse testatum reliquit talem ab se institutam esse operis οἰκονομίαν, ut primis quatuor libris exponeret et judicaret veterum philosophorum cujusque sectæ placita ; subsequentibus libris quinque ostenderet Gnosticos et hæresiarchas non ex doctrina Christi, sed ex paganis philosophis hausisse dogmata sua, qua demonstratione a Christi nomine segregantur ; decimo denique libro singula operis capita paucis repeteret, in modum epitomes, et veritatis, qualem ipse concipiebat, delineatione post errores refutatos lectorem confirmaret. Hinc intelligitur duplex qui traditur titulus : Φιλοσοφούμενα ἢ Κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἔλεγχος. Atque in nostro quoque codice quarto libro subscribitur Φιλοσοφουμένων δ' βιβλίον, ut vel hinc appareat primum librum Φιλοσοφουμένων jam olim cognitum sane ac vere esse exordium *Refutationis hæresium omnium.*

Atqui is ipse liber primus ab nonnullis magna auctoritate viris Origeni est abjudicatus. Quanquam nunc quidem, totius operis parte maxima tenebris feliciter erepta, vix ulla superest de auctore dubitatio, perstringamus tamen a nonnullis, Huetio præsertim, inde ductum argumentum, quod in proœmio Origenes sese *apostolorum successorem* ferret, cum nunquam sit consecratus episcopus, quibus solis honorifica illa appellatio conveniret. Relegatur velim locus ille, pag. 3, lin. 63, neque dubito quin statim intelligas in universum loqui, non de se ipso Origenem, cui præterea sacerdotium legitime collatum fuerat Cæsareæ, quanquam

(*a*) *Revue de Bibliographie analytique*, 1844, p. 91.

acriter resistente Demetrio. Sed ne hoc quidem necessarium est ut urgeatur, esse eum utpote sacerdotem quodammodo apostolorum successorem : cum in eodem illo loco ἀρχιερατείας vocabulo Origenes utatur tanquam opposito Judæorum ἀρχιερατείᾳ; nec qui hoc sensu de nostra ἀρχιερατείᾳ loquitur, opus est ut ipse quoque sit archiepiscopus. Apparet quam infirmum sit argumentum hoc negativum; positiva autem prorsus de conjectura petita sunt, quibus alii Didymo Alexandrino, alii Aetio, alii S. Hippolyto, alii S. Epiphanio attribuerunt Φιλοσοφούμενα, ac vel ipsi S. Irenæo, cujus Patris in nostris satis longum legitur excerptum. Quas conjecturas nunc si excutere aggrederemur, lectores nobis Ὕδωρ εἰς θάλασσαν, occinerent.

Jam supra demonstravimus libros septem quos luci damus, post intervallum continuare librum Φιλοσοφουμένων, qui titulus in quarti libri fine est repetitus. Hac re explanata, si in quacunque *continui* operis parte agnoscamus verum et genuinum Origenem, ab ipso scriptos esse decem libros certe demonstratum erit. Statim sese offert S. Callixti primi martyrium, quod libro IX auctor narrat ut brevi tempore consummatum postquam ipse Romæ egerit : constat autem Origenem in ea urbe annos aliquot commoratum esse pontifice maximo Zephyrino (cujus frequens mentio in illa narratione), quem Callixtus in pontificio munere anno 217 excepit. Hoc Origenis loco nunc prolato simul constitui potest *Fusciani Romæ præfecti* ætas, quem anno 178 per conjecturam assignaverat Corsinius (*a*), cum jam intelligatur fuisse anni 222. Quam narrationem satis longam sigillatim persequentes multa exhibere possemus indicia Origenis certissima, nisi inutiliter sane hic repeterentur quæ in alio loco hujus ipsius voluminis plene leguntur. Ipse etiam ille qui codicem scripsit, Origenianum se opus exarare sciebat : nam ubi philosophorum aut Gnosticorum placita enarrantur, ille ubique fere rubricatis litteris, aliquoties atris in margine adjecit nomen ejus cujus sententiæ in textu referuntur; tandemque ubi ad illam veritatis Christianæ professionem ventum est qua opus terminatur, in margine ponit Ὠριγένης καὶ Ὠριγένους δόξα (cf. p. 331), quanquam in textu non legitur. Non solum igitur re ipsa intelligitur opus nos possidere Origenianum, sed etiam habitum et lectum fuisse pro Origeniano, scribæ testimonio constat. Quid quod in epistola ab Eusebio inserta *Historiæ Eccl.* VI, cap. 19, Origenes scripsit : ἐπεὶ δὲ . . . . προσῄεσαν ὅτε μὲν αἱρετικοὶ, ὅτε δὲ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ἔδοξεν ἐξετάσαι τά τε τῶν αἱρετικῶν δόγματα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων περὶ τῆς ἀληθείας λέγειν ἐπαγγελλόμενα, nonne est argumentum hujus operis ipsa Origenis manu delineatum? Ut sane supersedere possimus examini professionis fidei Origenianæ in fine positæ, an cum cæteris ejus scriptis et narrationibus aliorum consentiat : quale examen nemo nescit quot paginas sit sine ulla necessitate absumpturum. Neque Lemoynii quæstiones de libro Περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας (*b*) (quem commemorat Origenes, p. 384, 79) excutiamus; nam quod ille edidit fragmentum et S. Hippolyto tribuit, nihil continet eorum quæ in loco allato respexit Origenes. Multo plures vero quæstiones et fructuosiores in historia, in philosophia, in litteris excitant ipsi quos edimus libri septem : quibus de quæstionibus aptiore loco quam in editione principe tractabimus, libro quem Gallice scribendum paramus de insigni hoc et ad omne litterarum genus utilissimo Origenis opere.

Animus erat primum in principe hac editione codicem ita repræsentare uti scriptus est, emendatione omni in inferiorem marginem relegata. Verum tam frequentes insunt librariorum aberrationes, ut ejusmodi textus sæpissime inhibuisset lectorem et perpetua quadam molestia fatigasset. Præterea in illis locis ubi Origenes Sextum Empiricum, Platonem, Josephum, S. Irenæum, alios ad verbum fere repetit, perspicue cognosci poterat quot et quanta vitia hoc opus per evidentem incuriam librariorum traxerat. Potius igitur et consultius visum est lectorum nostrorum commoditati prospicere quantum quidem sine ulla temeritatis culpa fieri poterat. Ubicunque sententia restituebatur levi mutatione atque tali qualem palæographiæ leges et mos librariorum ubique admittunt, emendatam et necessariam scripturam haud cunctanter in textu posuimus, inferius indicata codicis lectione, ita quidem ut vel vitiosissima et ex aperto lapsu orta nusquam præteriremus. At ubicunque dubitandi locus esse videbatur, conjecturam nostram in adnotatione critica protulimus. Experti autem sumus in scriptore quem primus in lucem emittas vel postrema legenti specimina novas subinde nasci emendationes. Quapropter diutius penes nos cohibere voluissemus libros novis usque curis relegendos, nisi delegati typographei academiæ Oxoniensis, egregii viri et bonis litteris sapienter promovendis nati, orbem litterarium hoc Origenis opere nimis diu occultato quantocius donare voluissent. Primum librum, ut par erat, præmisimus juxta magnam editionem Patris Delarue, excepta annotatione ad rem criticam spectante. Eumdem fere modum in cæteris quoque tenuimus, quæcunque ad explicationem pertinerent et ad infinitas illas quæstiones historicas, philosophicas, litterarias undecumque in his pullulantes, hæc omnia, quemadmodum dixi, alio loco aptiori reservantes.

Tu vero, benigne Lector, de pretiosissimo opere Origeniano post tot sæcula feliciter in lucem producto, præter reverendos viros delegatos typographei academiæ Oxoniensis, grates habebis viro ingeniosissimo, qui summam apud nos rem scholasticam sapienter moderatus per totam Europam monumenta vetera vel conquiri vel catalogis recenseri jussit, Abeli Villemain, et felici codicis repertori, Mynoidæ Mynæ; nostram denique qualemcunque operam petimus ut æqui bonique consulas.

Scribebam Parisiis Kalendis decembribus MDCCCL. EMMANUEL MILLER.

(*a*) *Præf. Urbis.* Pisis, 1763, in-4. p. 87.

(*b*) De hujus operis auctore cf. Photii *Biblioth.* cod. XLVIII.

LUD. DUNCKERI PRÆFATIO *.

(Fasciculo II præmissa.)

—

Cum ante hos octo annos in Nuntiis litterariis Gottingensibus (a) de opere, quod inscribitur *Origenis Philosophumena, sive omnium hæresium refutatio*, tum primum a viro doctissimo Emmanuele Millero e codice Parisino, qui paulo ante ex Græcia allatus erat, in lucem edito exponerem, neque a summo illo Ecclesiæ Alexandrinæ doctore, sed ab Hippolyto id esse scriptum probare studerem, sub finem commentarioli jam novam libri a Schneidewino, collega meo conjunctissimo, et meipso communibus studiis adornandam promisi editionem criticam. Haud mediocri animi ardore rem aggressi, iterum ac sæpius librum simul recognoscendo et perscrutando et communi consilio textum emendando ac versione Latina notisque illustrando per aliquot annos difficili labori insudavimus. Opus autem nostrum propter causas, quas enumerare longum est, præter voluntatem tardius processit, ita ut, cum Schneidewinus tribus fere abhinc annis inopinata ac præmatura morte et litteris et amicis eriperetur, nondum dimidia pars totius libri typis esset exscripta. Quo tristi casu socio operis solertissimo atque exoptatissimo orbatus cum iisdem diebus etiam benevolentissimum horum studiorum nostrorum fautorem atque adjutorem, Carolum Fridericum Hermannum, virum immortalis memoriæ, morte amisissem, jam, ne res hæresceret, priorem hujus libri fasciculum foras emittendum curavi, et dum ipse pro virili parte rem promovere studebam, Christianum Petersenium, professorem Hamburgensem, affinem meum dilectissimum, precibus adivi, ut in opere perficiendo benigno mihi consilio suo atque auxilio adesse vellet. Qui cum summa, qua est humanitate et erga me benevolentia, petenti mihi non deesset, sperabam fore, ut brevi tempore altera quoque libri pars e prelo prodiret. Sed præter exspectationem res evenit. Diuturno enim morbo impeditus, quominus adhuc fidem præstarem, nunc demum opus post varios casus tandem absolutum in publicum emitto, quod ut æque et benigne excipiant benevoli lectores vehementer cupio. Facere autem non possum, quin, oblata mihi occasione utar et omnibus, qui me in hoc libro edendo et consilio et re lubentissime et diligentissime adjuverunt, viris doctis summopere colendis maximas palam gratias agam, in primis Christiano Petersenio, amico charissimo, et Hermanno Sauppio, collegæ conjunctissimo, quorum ille postremam libri partem accuratissime mecum recensuit atque castigavit neque ut socius operis unquam mihi defuit, uterque autem singulas plagulas typis exscriptas diligenter perlustrando multa errata correxerunt, elegantissimas textus emendationes proposuerunt et præclaras notas ad scriptoris sententiam explicandam adjecerunt.

Quibus breviter de modo, quo hic liber confectus est, præmissis, non est quod multa de consilio novæ hujus editionis addam. De inscriptione, quam libro præfiximus, postquam olim in Nuntiis litterariis Gottingensibus strictim dixi, jam alio loco latius et uberius disputabo. In verbis scriptoris recensendis ab editione principe Oxoniensi Em. Milleri, cujus paginas sæpius a nobis in adnotatione laudatas signavimus, tanquam a fundamento profecti, quæcunque ad textum emendandum a primo editore meritissimo aliisque viris doctis (inter quos Bernaysium, Bunsenium, Rœperum, R. Scottum grato animo nomino) vel in libris editis universo orbi litterato publice commendata, vel consuetudine sive sermonis sive litterarum nobis privatim proposita sunt, diligenter examinavimus. Præterea summam dedimus operam, ut fontes, ex quibus auctor noster hausit, indagando et comparando ipsiusque verba inter se conferendo et veram ejus sententiam explorando, orationem ad nativam suam veritatem atque sinceritatem revocaremus. Sexcenta igitur librariorum menda, quibus innumeris liber scatebat, sustulimus multasque lacunas explevimus, emendationibus parum certis vel ad notas relegatis, vel versione Latina significatis, locos vero ultra spem salutis corruptos intactos relinquere quam emendandi periculo cupidius faciendo pessumdare maluimus.

Versionem, cujus postrema pars inde a libro septimo exeunte post Schneidewini obitum a me solo confecta est, tanquam commentarii loco textui adjungendam esse censuimus, ideoque non in eo potissimum laboravimus, ut eleganter, sed ut accurate et ad verbum Græca transferremus. Adnotationes vero, quibus librum explanaremus, non nisi rarissimas aspersimus, sufficiens esse rati eos auctoris nostri vel aliorum scriptorum locos attulisse, qui ad rem illustrandam facerent.

Indices, quibus opus instruxi, maximam partem cura atque solertia viri doctissimi Müldeneri, doctoris Gottingensis, cujus optima opera jam in typographorum erroribus notandis usi sumus, conscripti sunt.

Scribebam Gottingæ, d. 30, m. Aug. a. MDCCCLIX. Ludovicus DUNCKER.

(a) *Göttingische gelehrte Anzeigen.* Jahrgang 1851. Stück. 152 — 155. S. 1513 — 1550.

* *S. Hippolyti episcopi et martyris Refutationis omnium hæresium librorum decem quæ supersunt. Recensuerunt, Latine verterunt, notas adjecerunt Lud. Duncker et F. G. Schneidewin, professores Gottingenses.* Fasciculus I, Gottingæ sumptibus Dieterichianis. 1856; opus Schneidewino defuncto absolvit Ludovicus Duncker et edidit anno 1859.

INDEX NOTARUM.

M Millerus in editione principe Oxoniensi
C Codex Parisinus ll. IV — X operis nostri continens
B Codex Barberinus
L Codex Mediceus
O Codex Ottobonianus
T Codex Taurinensis
(B, L, O, T:) librum I operis nostri continentes

ARGUMENTUM.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΠΑΣΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΕΛΕΓΧΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

REFUTATIONIS OMNIUM HÆRESIUM

LIBER PRIMUS.

[1-2] Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου.

A

Τίνα τὰ δόξαντα τοῖς φυσικοῖς [2] φιλοσόφοις [3] καὶ τίνες οὗτοι, καὶ τίνα τὰ τοῖς ἠθικοῖς [4] καὶ τίνες οὗτοι, καὶ τίνα τὰ τοῖς διαλεκτικοῖς καὶ τίνες οἱ διαλεκτικοί.

Φυσικοὶ μὲν οὖν Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἡράκλειτος, Ἀναξίμανδρος, Ἀναξιμένης, Ἀναξαγόρας, Ἀρχέλαος, Παρμενίδης, Λεύκιππος, Δημόκριτος, Ξενοφάνης, Ἔκφαντος, Ἵππων.

Ἠθικοὶ Σωκράτης Ἀρχελάου μαθητὴς τοῦ φυσικοῦ, Πλάτων Σωκράτου [5] μαθητής· οὗτος τὰς τρεῖς φιλοσοφίας ἔμιξεν.

Διαλεκτικοὶ Ἀριστοτέλης Πλάτωνος μαθητής· οὗτος τὴν διαλεκτικὴν συνεστήσατο. Στωϊκοὶ δὲ Χρύσιππος, Ζήνων.

B

Ἐπίκουρος δὲ σχεδὸν ἐναντίαν δόξαν πᾶσιν ἐπεχείρησεν. Πύῤῥων ὁ Ἀκαδήμιος [6]· οὗτος ἀκαταληψίαν τῶν πάντων λέγει. Βραχμᾶνες οἱ ἐν Ἰνδοῖς, Δρυΐδαι οἱ ἐν Κελτοῖς καὶ Ἡσίοδος.

[7] Οὐδένα [8] μῦθον τῶν παρ' Ἕλλησιν ὠνομασμένων [9] παραιτητέον. Πιστὰ γὰρ καὶ τὰ ἀσύστατα αὐτῶν δόγματα ἡγητέον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν αἱρετικῶν μανίαν, οἳ διὰ τὸ [10] σιωπᾶν ἀποκρύπτειν τε τὰ ἄῤῥητα ἑαυτῶν μυστήρια ἐνομίσθησαν πολλοῖς Θεὸν σέβειν· ὧν καὶ πάλαι μετρίως τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα, οὐ κατὰ λεπτὸν ἐπιδείξαντες, ἀλλὰ ἁδρομερῶς ἐλέγξαντες, μηδὲν ἄξιον [11] ἡγησάμενοι τὰ ἄῤῥητα αὐτῶν εἰς φῶς ἄγειν, ὅπως, δι' [p. 2, 3] αἰνιγμάτων ἡμῶν ἐκθεμένων τὰ δόξαντα αὐτοῖς, C αἰσχυνθέντες μήποτε καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπόντες ἀθέους ἐπιδείξωμεν, παύσωνταί τι τῆς ἀλογίστου γνώμης καὶ ἀθεμίτου ἐπιχειρήσεως [12]. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁρῶ μὴ δυσωπουμένους αὐτοὺς τὴν ἡμετέραν ἐπιεί-

1-3 Hæc insunt in primo libro refutationis omnium hæresium.

Quænam placuerint physicis philosophis et quinam hi fuerint, et quænam ethicorum placita et quinam hi, et quænam dialecticorum decreta et quinam dialectici.

Physici igitur Thales, Pythagoras, Empedocles Heraclitus, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Parmenides, Leucippus, Democritus, Xenophanes, Ecphantus, Hippo.

Ethici Socrates Archelai discipulus physici, Plato Socratis discipulus. Hic tres philosophias miscuit.

Dialectici Aristoteles Platonis discipulus; hic dialecticam artem constituit; Stoici autem Chrysippus, Zeno.

Epicurus autem pene contrariam doctrinam omnibus molitus est. Pyrrho Academicus; hic incomprehensibilitatem omnium docet. Brachmanes in Indis, Druidæ in Celtis et Hesiodus.

Nullum commentum eorum qui apud Græcos philosophi appellati sunt spernendum est. Certæ enim vel absonæ eorum opiniones ducendæ sunt propter exsuperantem hæreticorum vesaniam, qui propter silentium et quia abscondunt arcana mysteria sua crediti sunt multis Deum colere. Quorum jam olim strictim placita exposuimus, non subtiliter explanantes, sed summatim perstringentes, non digna arbitrati eorum arcana, **4-5** quæ in lucem proferrentur, ut, ubi per ænigmata explicassemus placita eorum, illi reveriti, ne quando etiam arcanis per nos protractis atheos illos coargueremus, aliquantum desciscerent ab insana doctrina et impio conatu. Sed cum videam non revereri illos nostram

VARIÆ LECTIONES.

[1] Inscriptiones codd. hæc sunt : Ὠριγένους κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἔλεγχοι O in textu : Ὠριγένους φιλοσοφουμένων B, L, O in margine : Ὠριγένους πάντιμα τοῦ σοφωτάτου T. [2] φυσικοῖς om. pr. L. [3] φιλοσόφοις om. B, O. [4] τοῖς ἠθικοῖς — τοῖς διαλεκτικοῖς B : τῆς ἠθικῆς — τῆς διαλεκτικῆς L, O. [5] Σωκράτους M. [6] Ἀκαδήμιος Roeperus coll. Philostrat. *Vit. Apollon.* VII, 2 p. 280 : Ἀκάδημος B : Καδήμιος L, O : Καδίμιος T : Ἀκαδήμειος M : Ἀκαδημαϊκός Roeperus antea Philolog. vol. 7,513. [7] Ante οὐδένα, Προοίμιον præmittit B. [8] Quædam videntur intercidisse ante οὐδένα. [9] ὠνομασμένων. ὠνομασμένων φιλοσόφων? [10] διὰ τὸ Richterus : διὰ τοῦ vulgo. [11] μηδὲν ἄξιον. μὴ ἀνάξιον Gronovius : μὴ ἂν ἄξιον B, O, T : μὴ ὂν ἄξιον Roeperus. [12] τῆς ἀθεμίτου γνώμης καὶ ἀλόγου ἐπιχειρήσεως T.

modestiam, neque pensi habere Deum longanimem esse ab ipsis irrisum, ut aut præ pudore mutent mentem, aut si in errore perstabunt juste judicentur, coactus progredior, ostensurus arcana eorum mysteria, quæ initiatis magna cum fiducia tradunt, non prius confessi, nisi talem, ubi per tempus in suspenso tenuere contumeliosumque erga verum Deum reddidere, in servitutem redegerint et cupiditate flagrantem promissorum viderint. Atque tum cum exploratum habent vinculis peccati illigatum esse, initiant perfectum malorum tradentes, postquam juramentis vinxerunt, se neque evulgaturos neque cum quolibet communicaturos, nisi pariter servitutem subeat, quo simpliciter tradito non jam juramentum necessarium erat. Nam qui sustinuit pati et accipere perfecta eorum mysteria, satis ipsa re et ad conscientiam suam et ne aliis prodat erit vinctus. Nam si prodat alicui homini tale nefas, neque in hominibus censebitur neque qui lucem cernat dignus habebitur, si quidem vel ratione carentia tale nefas non conantur, sicuti suis locis dicemus. Sed quoniam nos cogit ratio in magnum profundum narrationis descendere, non tacendum arbitramur, sed omnium placitis singulatim enarratis nihil silebimus. Visum autem est, etiamsi longior erit sermo, non deficere. Non enim exiguum quoddam subsidium vitæ hominum relinquemus ad errores in posterum cavendos, cum manifesto omnes videbunt clandestina eorum et arcana orgia, quæ tanquam promi condi solis mystis tradunt. Hæc autem alius non refutabit nisi qui in Ecclesia traditur Spiritus sanctus, quem priores nacti apostoli impertiverunt rectam fidem professis, quorum nos qui successores sumus et ejusdem gratiæ participes et summi sacerdotii et magisterii et custodes ecclesiæ æstimati non oculo connivemus neque rectam doctrinam silemus; **6-7** sed ne omni quidem animo atque corpore laborantes deficimus digna digne Deo benefico nostro reddere conati, et ne sic quidem pro merito remunerantes, nisi quod in eis quæ nobis concredita sunt non deficiamus, sed nostræ opportunitatis modum impleamus, et quidquid præbebit sanctus Spiritus cum omnibus citra invidiam communicemus; non solum aliena confutando in lucem proferentes, sed etiam quidquid veritas per Patris gratiam acceptum hominibus ministravit, hæc et per sermonem significantes et per litteras testificantes sine rubore prædicamus. Quo igitur, sicut supra diximus, atheos illos ostendamus et ad sententiam et ad mores et ad opera, et unde conatus eorum profecti sint, nec quidquam eos ex

A κειαν μηδὲ [13] λογιζομένους, ὡς Θεὸς μακροθυμεῖ ὑπ' αὐτῶν βλασφημούμενος, ὅπως ἢ αἰδεσθέντες μετανοήσωσιν ἢ ἐπιμείναντες δικαίως κριθῶσι, βιασθεὶς πρόειμι δείξων αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα μυστήρια, ἃ τοῖς μυουμένοις μετὰ μεγάλης ἀξιοπιστίας παραδιδόασιν οὐ πρότερον ὁμολογήσαντες, εἰ μὴ τὸ τοιοῦτον δουλώσωνται χρόνῳ [14] ἀνακρεμάσαντες καὶ βλάσφημον πρὸς τὸν ὄντως Θεὸν κατασκευάσαντες καὶ περιεργίᾳ [15] γλιχόμενον τῆς ἐπαγγελίας ἴδωσι. Καὶ τότε δοκιμάσαντες δέσμιον [16] εἶναι τῆς ἁμαρτίας μυοῦσι τὸ τέλειον τῶν κακῶν παραδιδόντες, ὅρκοις δήσαντες μήτε [17] ἐξειπεῖν μήτε τῷ τυχόντι μεταδοῦναι, εἰ μὴ ὁμοίως δουλωθείη, οὗ μόνον [18] παραδοθέντος, οὐκ ἔτι ὅρκος ἀναγκαῖος ἦν. Ὁ γὰρ ὑπομείνας παθεῖν [19] καὶ παραλαβεῖν τὰ τέλεια αὐτῶν μυστήρια B ἱκανῶς [20] αὐτῷ τῷ ἔργῳ πρός τε τὴν ἰδίαν συνείδησιν καὶ πρὸς τὸ ἑτέροις μὴ ἐξειπεῖν ἔσται δεδεμένος. Εἰ γὰρ ἐξείποι τινὶ ἀνθρώπων τὸ τοιοῦτον ἀνόμημα, οὔτε ἐν ἀνθρώποις λογισθήσεται, οὔτε τὸ φῶς ὁρᾷν ἄξιος ἡγηθήσεται, εἰ [21] καὶ ἄλογα ὄντα τοιοῦτον ἀνόμημα οὐκ ἐπιχειρεῖ, καθὼς ἐν τοῖς τόποις γενόμενοι ἐροῦμεν. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς μέγαν βυθὸν διηγήσεως ἐπιβῆναι [22], οὐχ ἡγούμεθα σιγᾷν, ἀλλὰ τὰ πάντων δόγματα κατὰ λεπτὸν ἐκθέμενοι οὐδὲν σιωπήσομεν. Δοκεῖ δε, εἰ καὶ μακρότερος ἔσται λόγος, μὴ καμεῖν. Οὐδὲ γὰρ μικράν τινα βοήθειαν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ καταλείψομεν πρὸς τὸ μηκέτι πλανᾶσθαι, φανερῶς πάντων ὁρώντων τὰ κρύφια αὐτῶν καὶ ἄῤῥητα ὄργια, ἃ ταμιευόμενοι μόνοις τοῖς μύσταις παραδιδόασιν. C Ταῦτα δὲ ἕτερος οὐκ ἐλέγξει, ἢ τὸ ἐν Ἐκκλησίᾳ παραδοθὲν ἅγιον Πνεῦμα, οὗ τυχόντες πρότεροι οἱ ἀπόστολοι μετέδοσαν τοῖς ὀρθῶς πεπιστευκόσιν· ὧν ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας καὶ φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας λελογισμένοι οὐκ ὀφθαλμῷ νυστάζομεν [23], οὐδὲ λόγον ὀρθὸν [24] σιωπῶμεν, ἀλλ' οὐδὲ πάσῃ [p. 4, 5] ψυχῇ καὶ σώματι ἐργαζόμενοι κάμνομεν ἄξια ἀξίως Θεῷ τῷ εὐεργέτῃ ἀνταποδιδόναι πειρώμενοι, καὶ οὐδὲ οὕτως κατ' ἀξίαν ἀνταμειβόμενοι [25], πλὴν ἐν οἷς πεπιστεύμεθα μὴ ἀτονοῦντες, ἀλλὰ τοῦ ἰδίου καιροῦ τὰ μέτρα ἐπιτελοῦντες, καὶ ὅσα παρέξει τὸ ἅγιον Πνεῦμα πᾶσιν ἀφθόνως κοινωνοῦντες· οὐ μόνον ἀλλότρια δι' ἐλέγχου [26] εἰς φανερὸν [27] ἄγοντες, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ ἀλήθεια ὑπὸ D τῆς τοῦ Πατρὸς [28] χάριτος παραλαβοῦσα ἀνθρώποις διηκόνησε, ταῦτα καὶ διὰ λόγου σημειούμενοι καὶ διὰ γραμμάτων ἐμμάρτυρα ποιούμενοι [29] ἀνεπαισχύντως κηρύσσομεν. Ἵνα οὖν, καθὼς φθάσαντες [30] εἴπομεν, ἀθέους αὐτοὺς ἐπιδείξωμεν καὶ κατὰ γνώμην καὶ κατὰ τρόπον καὶ κατὰ ἔργον, ὅθεν τε τὰ ἐπιχειρήματα αὐτοῖς γεγένηται, καὶ ὅτι μηδὲν ἐξ

VARIÆ LECTIONES.

[13] μήτε vulgo. [14] χρόνον L. [15] περιεργίᾳ T : περιεργείᾳ B, O : περιεργίαν Wolfius. [16] δεόμενον L. [17] μήτε L : τοίτε B, O. [18] μόνον Roeperus : μόνου vulgo. [19] παθεῖν. μαθεῖν Roeperus. [20] ἱκανὸν B, T : ἱκανὰ O. [21] εἰ Roeperus : ἃ vulgo : ὅτι Sancroftus. [22] ἐμβῆναι vel ἀναβῆναι Roeperus. [23] νυστάζομεν Richterus: νυστάξομεν vulgo. [24] λόγον ὀρθὸν B : λόγου ὅρους O, T : λόγου ὀργάνῳ Roeperus. [25] ἀνταμειβόμενοι Sancroftus : ἀναμειβόμενοι Gronovius : ἀμειβόμενοι B, O, T. [26] ἔλεγχον L. [27] φανερὸν φορὰν T. [28] τοῦ Πνεύματος T. [29] ἐμμάρτυρα ποιούμενοι Sancroftus : ἐμμάρτυρα σημειούμενοι vulgo : ἐμμαρτυρησάμενοι Morus cf. Roeperum p. 515 sq. [30] καθάπερ φθάντες L.

ἁγίων Γραφῶν λαβόντες ταῦτα ἐπεχείρησαν, ἤ τινος A ἁγίου διαδοχὴν φυλάξαντες ἐπὶ ταῦτα ὥρμησαν, ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς τὰ δοξαζόμενα ἀρχὴν μὲν [31] ἐκ τῆς Ἑλλήνων σοφίας λαβόντα, ἐκ δογμάτων φιλοσοφουμένων καὶ μυστηρίων ἐπικεχειρημένων καὶ ἀστρολόγων ῥεμβομένων· δοκεῖ οὖν πρότερον ἐκθεμένους τὰ δόξαντα τοῖς τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφοις ἐπιδεῖξαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὄντα τούτων παλαιότερα καὶ πρὸς τὸ Θεῖον σεμνότερα· ἔπειτα συμβαλεῖν ἑκάστην αἵρεσιν ἑκάστῳ, ὡς τούτοις τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἐπιβαλόμενος [32] ὁ πρωτοστάτης [33] τῆς αἱρέσεως ἐπλεονέκτησε λαβόμενος [34] τὰς ἀρχὰς καὶ [35] ἐκ τούτων ἐπὶ τὰ χείρονα ὁρμηθεὶς δόγμα συνεστήσατο. Ἔστι μὲν οὖν πόνου μεστὸν τὸ ἐπιχειρούμενον καὶ πολλῆς δεόμενον ἱστορίας· ἀλλὰ οὐκ ἐνδεήσομεν· ὕστερον B γὰρ εὐφρανεῖ ὡς ἀθλητὴν μετὰ πολλοῦ πόνου στεφάνου τυχόντα, ἢ ἔμπορον μετὰ μέγαν θαλάσσης σάλον κερδάναντα, ἢ γεωργὸν μετὰ ἱδρῶτα προσώπου καρπῶν ἀπολαύσαντα, ἢ προφήτην μετὰ ὀνειδισμοὺς καὶ ὕβρεις ὁρῶντα τὰ λαληθέντα ἀποβαίνοντα. Ἀρξάμενοι τοίνυν ἐροῦμεν, τίνες οἱ παρ' Ἕλλησι πρῶτον φιλοσοφίαν φυσικὴν ἐπιδείξαντες. Τούτων γὰρ μάλιστα γεγένηνται κλεψίλογοι οἱ τῶν αἱρέσεων πρωτοστατήσαντες, ὡς μετέπειτα ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους συμβολῇ ἐπιδείξομεν. Ἑκάστῳ δὲ τῶν προαρξαμένων τὰ ἴδια ἀποδιδόντες γυμνοὺς καὶ αἰσχήμονας τοὺς αἱρεσιάρχας παραστήσομεν [36].

1. [p. 5, 6] Λέγεται Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ἕνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν πρῶτον ἐπικεχειρηκέναι φιλοσοφίαν φυσικήν. Οὗτος ἔφη ἀρχὴν [36*] τοῦ παντὸς εἶναι καὶ C τέλος τὸ ὕδωρ [37]. Ἐκ γὰρ αὐτοῦ τὰ πάντα συνίστασθαι πηγνυμένου καὶ πάλιν διανιεμένου ἐπιφέρεσθαί τε αὐτῷ τὰ πάντα, ἀφ' οὗ καὶ σεισμοὺς καὶ πνευμάτων στροφὰς καὶ ἄστρων [37*] κινήσεις· καὶ τὰ πάντα φέρεσθαί [38] τε καὶ ῥεῖν τῇ τοῦ πρώτου ἀρχηγοῦ τῆς γενέσεως αὐτῶν φύσει συμφερόμενα. Θεῖον [38*], δὲ τοῦτο εἶναι, τὸ μήτ' ἀρχὴν μήτε τελευτὴν ἔχον. Οὗτος περὶ τὸν τῶν ἄστρων λόγον καὶ τὴν ζήτησιν ἀσχοληθεὶς Ἕλλησι ταύτης τῆς μαθήσεως αἴτιος πρῶτος γίγνεται, ὃς ἀποβλέπων πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἄνω ἐπιμελῶς κατανοεῖν λέγων εἰς φρέαρ ἐνέπεσεν, ὃν [39] ἐγγελῶσά τις θεραπαινὶς, Θρᾷττα τοὔνομα, ἔφη· Τὰ ἐν οὐρανῷ προθυμούμενος εἰδέναι [39*] τὰ ἐν ποσὶν οὐκ οἶδεν. Ἐγένετο δὲ κατὰ Κροῖσον.

D

2. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα φιλοσοφία οὐ μακρὰν τῶν αὐτῶν χρόνων, ἧς ἦρξε Πυθαγόρας, ὃν Σάμιόν τινες λέγουσιν. Ἣν Ἰταλικὴν προσηγόρευσαν διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν φεύγοντα Πολυκράτην τὸν Σάμιον [40] τύραννον οἰκῆσαι πόλιν τῆς Ἰταλίας κἀκεῖ τὸν βίον

sacris Scripturis mutuatos hæc periclitatos esse, aut sancti alicujus successionem observantes ad hæc delatos esse, sed decreta illorum principium ex Græcorum sapientia duxisse, ex dogmatis philosophis et mysteriis tentatis et astrologis circumvagantibus: placet igitur prius expositis Græcorum philosophorum placitis ostendere lecturis esse his antiquiora et ad divinum numen sanctiora, posthac conferre singulas hæreses cum singulis, quomodo his conatibus superveniens primus conditor hæresis lucri fecerit repetens principia et ex his ad deteriora delapsus dogma confinxerit. Est igitur plenum laboris quod suscipimus multaque indiget quæstione. Sed non deficiemus, posthac enim exhilarabit, velut athletam multo cum labore coronam nactum, aut mercatorem post vehementem æstum maris lucrum adeptum, aut agricolam post sudorem frontis cum frugibus fruitur, aut vatem post convicia et conculcationes cum videt evenire quæ prædixerat. Principio igitur dicemus, quinam inter Græcos philosophiam naturalem primi instituerint. Horum enim potissimum decreta surripuerunt qui hæresium signiferi exstiterunt, ut posthac ubi inter se comparabimus ostendemus. Singulo autem cuique eorum qui principes doctrinæ exstiterunt tribuentes suum, nudos et inanes exhibebimus hæresiarchas.

8-9 I. Dicitur Thales Milesius unus de septem sapientibus primus philosophiæ physicæ auctor exstitisse. Hic dixit principium universi esse et finem aquam: ex ea enim omnia constare et concreta et rursus dissoluta, et ea sustineri omnia unde et terræ motus et fluminum conversiones et astrorum motus. Et omnia et ferri et fluere primi ortus ipsorum auctoris naturam secuta. Divinum autem id esse quod neque principium habeat neque finem. Hic circa astrorum rationem et investigationem versatus Græcis hujus doctrinæ primus auctor evadit, qui vultu in cœlum sublato et sublimia curiose perspicere jactans in puteum incidit, quem irridens ancilla quædam Thratta nomine dixit: Res cœlestes nisus novisse, quæ sunt ad pedes non novit. Floruit autem ætate Crœsi.

2. Est autem etiam alia philosophia non longe distans ab iisdem temporibus, cujus auctor exstitit Pythagoras, quem Samium quidam ferunt; quam Italicam appellaverunt, propterea quod Pythagoras cum fugeret Polycratem Samiorum tyrannum

VARIÆ LECTIONES.

[31] ἀρχὴν μέν cf. Roeperum p. 516, qui pro ἀρχὴν μὲν vestigiis codd. ἀφορμὴν commendari arbitratur. [32] ἐπιβαλόμενος Roeperus : ἐπιλαβόμενος vulgo. [33] πρωτοστάτης B, O : πρωτοστατήσας L. [34] λαβόμενος λαβών? [35] καὶ om. Gronovius. [36] παραστήσομεν Wolfius : προστήσομεν vulgo. [36*] τὴν ἀρχὴν B. [37] ὕδωρ vulgo. [37*] ἄστρων Roeperus : ἀέρων vulgo. [38] φέρεσθαι Roeperus : φύεσθαί vulgo. [38*] Θεῖον. Θεοῦ vulgo cf. Clem. Alex. Strom. V p. 594 D sqq. Sylb. τί ἐστι τὸ Θεῖον; Τὸ μήτε ἀρχὴν, ἔφη, μήτε τέλος ἔχον et Krische Forschungen auf dem Gebiete der alten Philosophie 1,58 sqq. [39] ὅν. ᾧ Wolfius : ὅτ' Roeperus. [39*] εἰδέναι Roeperus coll. Plat. Theæt. p. 174 A : ἰδεῖν vulgo. [40] Σαμίων? Roeperus.

habitaverit urbem Italiæ ibique vitam expleverit. Cujus doctrinam qui exceperunt non multum discrepuerunt ab eadem sententia. Et ipse vero res physicas rimatus miscuit astronomiam et geometriam et musicam et arithmeticam. Et sic monadem edixit esse deum, numeri autem naturam curiose cum perdidicisset, concinere dixit mundum et per harmoniam constare, et septem siderum primus motum in rhythmum et concentum redegit. Admiratus autem administrationem universorum voluit principio silere discipulos, cum quasi mystæ universi in mundum venissent; deinde, ubi satis illi visi sunt magnos progressus in disciplina sua fecisse et perite de sideribus et natura posse disputare, puros arbitratus tum demum jubet vocem mittere. Hic discipulos discriminavit cum alteros esotericos, exotericos alteros vocavit. Alteris autem altiora præcepta concredebat, alteris autem tenuiora. Attigit autem etiam magicam **10-11** artem, ut volunt, et physiognomonicam ipse invenit numeros quosdam et mensuras pro fundamento statuens, cum dicebat principium arithmeticæ philosophiam per compositionem continere in hunc modum. Numerus exstitit primum principium, quod quidem est infinitum, incomprehensibile, continens in se omnes qui in infinitum possunt venire numeros per multitudinem. Numerorum autem principium exstitit per substantiam prima monas, quæ est monas masculina gignens instar patris omnes reliquos numeros. Altero loco dyas femininus numerus, idem autem etiam par ab arithmeticis vocatur. Tertium trias numerus masculinus, hic etiam impar ab arithmeticis receptum est ut vocetur. Super omnes autem hos tetras femininus numerus, idem autem etiam par vocatur quia femininus est. Exsistunt igitur universi numeri sumpti generatim quatuor (numerus autem erat ad sexum indefinitus), unde constitit illis perfectus numerus decas. Etenim unum, duo, tria, quatuor efficiunt decem, ubi singulis numeris servabitur ex re domesticum nomen. Hanc Pythagoras appellavit sanctam tetractyn, fontem sempiternæ naturæ radices habentem in sese, et ex hoc numero reliquos omnes habere numeros principium. Numerus enim undenarius et duodenarius et qui sunt præterea principium exsistentiæ ex denario participant. Hujus denarii numeri, qui perfectus est, quatuor vocantur partes: numerus, monas, potentia, cubus.

A πληρῶσαι. Οὗ τὴν αἵρεσιν οἱ διαδεξάμενοι οὐ πολὺ διήνεγκαν τοῦ αὐτοῦ φρονήματος. Καὶ αὐτὸς δὲ περὶ φυσικῶν ζητήσας ἔμιξεν ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν [καὶ ἀριθμητικήν [41].] Καὶ οὕτως μονάδα μὲν εἶναι ἀπεφήνατο τὸν Θεὸν, ἀριθμοῦ δὲ φύσιν περιέργως καταμαθὼν μελῳδεῖν ἔφη τὸν κόσμον καὶ ἁρμονίᾳ [41*] συγκεῖσθαι, καὶ τῶν ἑπτὰ ἄστρων [42] πρῶτος τὴν κίνησιν εἰς ῥυθμὸν καὶ μέλος ἤγαγεν [43]. Θαυμάσας δὲ τὴν διοίκησιν τῶν ὅλων ἠξίωσε τὰ πρῶτα σιγᾷν τοὺς μαθητὰς, οἱονεὶ μύστας τοῦ παντὸς εἰς τὸν κόσμον ἥκοντας· εἶτα ἐπειδὰν αὐτοῖς ἱκανῶς παιδείας τῆς τῶν λόγων δόξῃ μετεῖναι καὶ δυνατῶς περὶ ἄστρων καὶ φύσεως φιλοσοφήσωσι, καθαροὺς κρίνας τότε κελεύει φθέγγεσθαι. Οὗτος τοὺς μαθητὰς διεῖλε καὶ τοὺς μὲν ἐσωτερι-B κοὺς, τοὺς δὲ ἐξωτερικοὺς ἐκάλεσεν. Τοῖς δὲ τὰ τελεώτερα μαθήματα ἐπίστευε, τοῖς δὲ τὰ μετριώτερα. Ἐφήψατο [p. 6, 7] δὲ καὶ μαγικῆς, ὥς φασι, καὶ φυσιογνωμονικὴν [44] αὐτὸς [45] ἐξεῦρεν ἀριθμούς τινας καὶ μέτρα ὑποθέμενος, λέγων τὴν ἀρχὴν τῆς ἀριθμητικῆς [46] φιλοσοφίαν [47] κατὰ σύνθεσιν περιέχειν τόνδε τὸν τρόπον. Ἀριθμὸς γέγονε πρῶτος ἀρχὴ, ὅπερ ἐστὶν [48] ἀόριστον, ἀκατάληπτον [49], ἔχων ἐν ἑαυτῷ πάντας τοὺς ἐπ' ἄπειρον δυναμένους ἐλθεῖν ἀριθμοὺς κατὰ τὸ πλῆθος. Τῶν δὲ ἀριθμῶν ἀρχὴ γέγονε καθ' ὑπόστασιν [50] ἡ πρώτη μονὰς, ἥτις ἐστὶ μονὰς ἄρσην γεννῶσα πατρικῶς πάντας τοὺς ἄλλους ἀριθμούς. Δεύτερον ἡ δυὰς θῆλυς ἀριθμὸς, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρτιος ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν καλεῖται. Τρίτον ἡ τριὰς ἀριθμὸς ἄρσην, οὗτος καὶ περισσὸς ὑπὸ τῶν C ἀριθμητικῶν [51] νενομοθέτηται [52] καλεῖσθαι. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ἡ τετρὰς θῆλυς ἀριθμὸς, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρτιος καλεῖται ὅτι θῆλύς ἐστιν. Γεγόνασιν οὖν οἱ πάντες ἀριθμοὶ ληφθέντες ἀπὸ γένους [53] τέσσαρες (ἀριθμὸς δ' ἦν γένος ἀόριστος [54]), ἀφ' ὧν ὁ τέλειος [55] αὐτοῖς συνέστηκεν ἀριθμὸς ἡ δεκάς. Τὸ γὰρ ἓν, δύο, τρία, τέσσαρα γίνεται δέκα, ἐὰν ἑκάστῳ τῶν ἀριθμῶν φυλάσσηται κατ' οὐσίαν τὸ οἰκεῖον ὄνομα. Ταύτην ὁ Πυθαγόρας ἔφη ἱερὰν τετρακτὺν πηγὴν [56] ἀεννάου φύσεως [57] ῥιζώματα ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ, καὶ ἐκ τούτου τοῦ ἀριθμοῦ πάντας ἔχειν τοὺς ἀριθμοὺς [58] τὴν ἀρχήν. Ὁ γὰρ ἕνδεκα καὶ ὁ δώδεκα καὶ οἱ λοιποὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι [59] ἐκ τοῦ δέκα μετέχουσι. Ταύτης τῆς δεκάδος, τοῦ τελείου ἀριθμοῦ, τὰ τέσσαρα καλεῖται μέρη ἀριθμὸς, μονὰς [60], δύναμις, D κύβος. Ὧν καὶ ἐπιπλοκαὶ καὶ μίξεις πρὸς γένεσιν αὐξήσεως γίνονται, κατὰ φύσιν τὸν γόνιμον ἀριθμὸν ἀποτελοῦσαι· ὅταν γὰρ δύναμις αὐτὴ [61] ἐφ' ἑαυτὴν

VARIÆ LECTIONES.

[40*] περὶ φύσεως B. [41] καὶ ἀριθμητικήν add. Roeperus, quem cf. p. 520 sq. [41*] ἁρμονίᾳ καθ' ἁρμονίαν Roeperus p. 521. [42] ἀστέρων L. [43] ἀνήγαγεν Roeperus. [44] φυσιογνωμονικὴν B cf. Roeperus p. 521 sqq. : φυσιογονικὴν vulgo. [45] αὐτός. πρῶτος? Roeperus : πρῶτος αὐτός? [46] cf. p. 89, 14 sqq., ubi pene eadem iterantur. [47] φιλοσοφίας vulgo. [48] ἐστὶν ἓν vulgo, cf, infra p. 89, 16. [49] ἀόριστος, ἀκατάληπτος vulgo, cf. p. 89, 16. [50] ὑπόστασιν Codd : ὑπόθεσιν pr. L et vulgo. [51] ἀριθμῶν B, O. [52] νενομοθέτηται vulgo. [53] Infra p. 89, 27, ἀπὸ τοῦ γένους. [54] ἀόριστον vulgo; cf. infra p. 89, 28. [55] τέλειος. τρίτος B. [56] πηγὴν ἀεννάου φύσεως. ἀένναον φύσιν T. De scriptura ἀένναος posterioris ætatis scriptoribus familiari dixit Lehrsius in Jahnii annalibus a. 1828. [57] φύσεως ὡς vulgo; cf. infra p. 90, 33. [58] Accuratius infra p. 90, 33. sq. τοὺς ἄλλους πάντας ἀριθμούς. [59] τοῦ εἶναι τῆς γενέσεως infra p. 90, 35. [60] ἀριθμὸς, μονάς. Roepero p. 531. ordo verborum ita mutandus videtur : μονὰς, ἀριθμός. [61] αὐτή. αὐτὴν vulgo : αὑτὴν Salvinius; cf. infra p. 90, 40.

κυβισθῇ [62], γέγονε δυναμοδύναμις· ὅταν δὲ δύναμις ἐπὶ κύβον, γέγονε δυναμόκυβος [63], ὅταν δὲ κύβος ἐπὶ κύβον, γέγονε κυβόκυβος· ὡς γίνεσθαι τοὺς πάντας ἀριθμοὺς, ἐξ ὧν ἡ τῶν γινομένων [p. 7, 8] γένεσις γίνεται, ἑπτά· ἀριθμὸν, μονάδα [64], δύναμιν, κύβον, δυναμοδύναμιν, δυναμόκυβον, κυβόκυβον.

A Quorum etiam complexiones et mistiones ad generationem augmenti fiunt, per naturam genitalem numerum perficientes. Cum enim potentia ipsa secum ipsa multiplicabitur, fit dynamodynamis, cum autem potentia cum cubo, exsistit dynamocubus, cum autem cubus cum cubo, exsistit cubocubus, ut fiant omnes numeri, ex quibus **12-13** gignentium genitura oritur, septem : numerus, monas, potentia, cubus, dynamodynamis, dynamocubus, cubocubus.

